

Q. D. B. V.
DISSERTATIONEM PHILOLOGICAM

De
NETHINÆIS,

occasione
Jofuæ IX. 27. & Efræ VIII. 20.

In Alma Argentoratensium Universitate

SUPERIORUM INDULTU

SUB PRÆSIDIO

M. DANIELIS PFEFF-
FINGERI, P.L.

Sup. Gymnas. Lat. Ling. & Mathemat. Præc.
& ad D. Guilhelmi Ecclesiastis, Patroni ac Præ-
ceptoris nunquam non colendi.

PLACIDO ERUDITORUM EXAMINI SUBJICIT

A. O. R. M DCC II. 29 Sept.

In Auditorio majore.

DAVID BALTHASAR LANG, Heilbronnensis,
SS. Th. & Philolog. St.

ARGENTORATI,

Literis JOHANNIS PASTORII.

Coll. diss. A
89, 1

27. a. LXXXIX. 1.

ILLUSTRI
LIBERALITATIS
SCHENCKBECHERIANÆ
DISPENSATORUM
COLLEGIO,
VIRIS

GENERIS NOBILITATE, MAXIME VENE-
RANDA DIGNITATE, OFFICIORUM AMPLI-
TUDINE, CONSILIORUM PRUDENTIA,
MEDENDI EXPERIENTIA ET MERITIS
IN REMPUBLICAM

ARGENTORATENSEM,

maximè conspicuis

Patronis suis Magnis

Exercitium hocce Philologicum

De

NETHINÆIS

offerre ac consecrare

audet

TANTORUM NOMINUM

observantissimus Cultor

DAVID BALTHASAR LANG,

Heilbronnensis.





Q. D. B. V.



Quantum commodi ex Antiquitatis studio in Philologiae consecraneos redundet, Orbis eruditus jucundo rerum sensu magis, quam rationum momenti convictus jam dudum comprobavit. Quem in finem Literarum Promi condid operam dederunt, ut diffusa Rituum Variorum monumenta in certas classes digererent, quò justo systemate statim conspiceret Lector, quid delectare debeat animum & instruere. *Antiquitates Romanas* quod attinet, Corpus earum absolutissimum *Thomas Dempsterus à Muresk* J.C. Scotus Operis Rosiniani copiosissimus interpolator ex Optimis Linguae utriusque auctoribus collectum adornavit. *Gracas* quatuor libri à *Johanne Philippo Pfeiffero*. t.t. Doctore Theologo ac PP. in Academia Regiomontana, Serenissimi Electoris Brandenburgici Concionatore Aulico Secundario, & Bibliothecario, Regiomonti & Lipsiae 1689. publicati complectuntur. In quo opere nihil dolendum est magis, quam quod doluit Auctor ipse, menda scilicet, quae tam descriptorum quam Impressorum incuriae tribuuntur, irrepsisse plurima, ceu per semestre, quod à me Lectioni impensum est, spatium expertus sum. *Antiquitatum Hebraicarum*

A

carum

carum specimina *Carolus Sigonius* magnum Gentis Italicæ Lumen, qui 1701. Lugduni Batavorum cum novis *Johannis Nicolai* annotationibus in lucem alterâ vice emissus est. *Petrus Cunæus* Jurisprudentiæ olim in Batavorum Academia Professor. *Bonaventura Cornelius Bertramus* commentario Constantini l'Empereur ab Oppijck illustratus. *Joh. Stephanus Menochius* suis de Republica Hebræorum Libris, præter *Seldenum*, *Benedictum Ariam-Montanum*, *Joh. Cunradum Dietericum*, *Paulum Sherlogium*, *Thomam Goodvvinum*, *Buxtorffium* tam in Lexico Talmudico, quàm Synogoga Judaica. *Leusdenium* in Philologo Hebræo mixto, *J. H. Ottonem* in Lexico Rabbinico-Philologico. *Joh. Henricum Hottingerum* in thesauro Philologico, & compendio Theologiæ Judaicæ. *D. Augustū Pfeifferum*, aliòsque edidere. Imprimis vero nominari meretur opus insigne *Johannis Lundij*, quod anno superiori sub titulo: *die alten jüdischen Heiligthümer, Gottesdienste und Gevohnheiten* V. libris elaboratum cum *Henrici Mühlij* Th. D. & Prof. Publ. nec non *Primarij* in Aula Gottorpiensi Sacerdotis &c. Præconio Hamburgi prodiit, in Folio. Hinc factum est, ut Præstantissimus Dominus defendens noster, *David Balthasar Langius*, *Heilbronnâ-Suevus* & SS. Theologiæ Cultor perindustrius, cum in ejusmodi literarum scrutinio sub qualicunq; manu ductione nostra per illud, quo in Hac Universitate commoratus est, tempus, strenuè versabatur, argumentum aliquod ex Antiquitate Hebraica depromptum pro Dissertatione Academica componi flagitaret, cujus petito, quâ par fuit, promptitudine delaturi, præsens de *Nethinæis* Thema ad benevolam commilitonum censuram exhibemus.

Deus

Deus T. O. M. conatus nostros Sanctissimi Spiritus
sui afflatu ita comitetur, ne vel quicquam præter
Gloriosi Ipsius Nominis Dignitatem admittamus.

§. I.



DE *Nethinaeorum* itaque cœtu acturis dispi-
ciendum est, unde *appellationem* sortiantur, &
Originem, cujus fuerint *religionis*, ad quod *offi-*
cij genus deputati, de eorum *statu*, *connubiis*, &
habitationis loco. *Nethinæi* *Hebraicè* vocantur
הנתנים *Esr.* II. 43. 58. 70. VII. 7. VIII. 20. *Nehem.* III. 26. 31.
VII. 46. 60. 73. X. 28. XI. 3. 21. bis 1. *Chron.* IX. 2. הנתונים *Esr.*
VIII. 17. juxta כתיב לו. *Esr.* VIII. 20. נתנים sine He Emphatico.
Chaldaicè semel occurrit *Esr.* VII. 24. נתניניא in statu empha-
tico. *Septuaginta Interpretes* habent Ναθινίμ *Esr.* II. 43. 58. 70.
Esr. VII. 7. 24. VIII. 20. *Neh.* III. 26. 31. VII. 46. 60. 73. X. 28.
Αθινειμ *Esr.* VIII. 17. Ναθιναιος *Neh.* XI. 3. οἱ δεδωμένοι 1. *Par.*
IX. 2. voce participialiter acceptâ. Quomodo *Neh.* XI. 21.
ubi in textu authentico bis legitur, expresserint, non patet, cum
versiculi duo integri 20. & 21. in versione Græca omissi sint.
Putabam editionis Amstælodamensis duntaxat παραθεμα vel
Typographi vel Correctoris fuisse. Sed *Codex Anglicanus*
juxta *Exemplar Vaticanum Romæ editum accuratissime* & ceu
titulus præ se fert, *ad amussim Londini 1653.* recusus, tam in tex-
tu quàm Scholiis sub finem annexis, & *Argentoratensis*, curan-
te Vuolphio Cephalæo 1526. publicatus in eodem cubant er-
rore, τοῖς ἐλλειπτικοῖς annumerando, de quibus *Calovius* mo-
nuit *Diatriba Undecima Critici Sacri Biblici* §. 49. p. 581. *Hie-*
ronymus Quest. seu traditionibus Hebraicis in Paralip. Tom. III.
Oper. fol. 167. a. ad 1. *Par.* IX. 2. Latinè habet *Nathinnei.* *Vul-*
gata Nathinai. *Tremellio-Juniana Nethinai* cum *Schmidia-*
na. Præter 1. *Chron.* IX. 2. & *Neh.* VII. 60. ubi *Nethinim* le-
gitur. *Lutheri* versio Germanica, ut & *Belgica* ubique reti-
nuit *Nethinim.* *Joh. Dietenbergeri* similiter, excepto *Esr.* VIII. 17.
ibi enim transtulit *den Nathineern.* *Anglica.* *The Nethinims.*
Italica Diodati Netinei. *Gallica Genevensium Nethiniens.*

§. II. Vox vero נתנים est formæ mixtæ. Chaldaicæ; ob jod medianum, Hebraicæ; ob mem finale. quod enim Hebræi in Paul dicunt נתן, Chaldæi in Peil enunciant נתין, & pluralis absolutus Chaldaicè regulariter haberet נתנין. radix est נתן *dedit, constituit, permisit, sivit*, unde quilibet animadvertit, ratione formationis significationem vocis נתנים passivam esse, *dati, donati, constituti, permessi*. Licet enim, sicut in Lingua Græca præterita quædam passiva activè, ac si in media διαδέσει essent posita, accipiuntur, ceu *Leusdenius Philologo suo Hebræo-Græco Generali Dissertat. X. Quæst. 13. p. 82. è phrasi Actor. VIII. 14. ὅτι δέδεκται ἡ Σαμάρεια τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ. quod recepisset Samaria verbum Dei, & Glassius præter hunc ex Actor. XIII. 47. ἐπέταλται mandavit. Act. XVII. 7. ἑποδέδεκται suscepit. Act. XXIII. 1. ἐπελάλησα conversatus sum. Rom. IV. 21. ἐπίγγελται promisit. aliisque III. Philol. Sacre. tract. III. de Verbo. Canone XXIV. p. m. 598. probat; ita in Lingua Hebræa verba Niphal activam quandoque significationem fortiantur, prout ex נשבע *juravit Gen. XXIV. 7. נלחם pugnavit Jud. XI. 25. נשען, incubuit, innixus fuit Ec.* apud eundem *Glassium. l. c. can. XXV. p. 601. videre est, perperam tamen his inductus exemplis nostrum נתנים activè interpretareris. Sunt enim allata ut plurimum in verbis activum usu non agnoscentibus, & quæ in passivo deponentium naturam induunt. נתן vero in activo significatu frequentissimè adhibetur, & participium præteritum Paul tam in singulari נתן 2. Chron. I. 12. Nehem. XIII. 4. Esther III. 11. quàm in plurali נתנים Numer. III. 9. VIII. 16. 19. XVIII. 6. Deuter. XXVIII. 32. passivè vertendum est & vertitur. Hinc apud Danielelem & Efram peculiaris illa Præteriti passivi forma Peil, Paraphrastis Chaldæis ignota, ad analogiam Hebræorum Paul, unde ortum trahit, nunquam per verbum actionem denotans exponitur, id quod subjunctis locorum exemplis confirmaremus, nisi operam *Buxtorffius Gramm. Syro-Chald. l. I. c. 7. p. 59. Joh. Gasbar Myricæus, l. I. Gramm. Syro-Chald. p. 57. Andreas Sennertus Chaldaismi & Syriasmis cap. 4. p. 36. Henricus Opius in כשדאין ורבנן seu Chaldaismo Targumico-Rabbinico C. V. Reg. XXIV. p. 74. cum aliis jam pridem occupassent.***

§. III.

§. III. Hoc ut monerem, varia interpretum expositio in causa fuit. Quidam etenim Eorum formationis passivæ significatum expressuri verterunt נתנים per *datos, donatos aut ordinatos, positos, constitutos.* ut *B. Hieronymus Quest. seu Tradit. Hebr. in Paral. T. III. Oper. fol. 167. a. & Brentius noster commentar. in Jos. c. IX. fol. 59. Philippus Henricus Friedlibius, Theol. Exeget. T. I. ad Esr. II. 43. fol. 509. b. Biblia Belgica. ad Esr. II. 43. & VIII. 17. gegebene. Lundius Operis in præfatione citati l. 4. c. 7. §. 3. fol. 758. gegebene oder geschenecke. Drusius ad Joh. IX. 27. T. I. Crit. Sacr. fol. 1658. Vatablus Tom. II. Criticor. Sacror. ad Esr. II. 43. fol. 284. Guilielmus Estius, Annotat. in præcipua ac difficiliora Sacrae Scr. loca. ad Esr. II. 42. p. 278. Alij per *deditos, deditios vel adscriptitios.* cum *Luca Osiandro ad Esr. II. 43. fol. 7. Edit. in IVto. Joh. Christophor. Wagenfeil in Sota. p. 143. & 568. Masio Annot. ad Jos. c. IX. v. 26. 27. Tom. I. Criticor. Sacror. fol. 1650. Junio & Tremellio ad Jos. IX. 21. Petro Cunæo l. II. de Rep. Hebr. c. II. p. m. 225. Bertramo, de Republ. Hebraor. c. XV. p. m. 277. Joh. Seldeno de Jure Nat. & Gent. juxta discipl. Hebraor. l. V. c. 14. p. 647. alij per *dedicatos & suppositos* Expositionem Italicam *Diodati sequentes ad 1. Chron. IX. 2. Netinei* ita commentantis: *la Parola significa, persone dedicate e sottoposte à qualche servizio.***

§. IV. Hic vero notandum est, voces passivam significationem habentes à nonnullis adhiberi sed non eodem sensu. ut à *Johanne Forstero Augustano, SS. Theol. Doctore ac Hebraic. L. Professore in Academia Wittebergensi* factum est. Hic enim in *Dictionario suo Hebraico, Basileæ 1564. impresso fol. 532.* sub radice נתן vocem נתנים passivè quidem interpretatur per *donatos,* sed neque Nostros *Nethinæos* intelligit, neq; significationem passivam assignat, quam assignaverunt reliqui. Locus ejus integer ita habet: נתנים *Ego fratres arbitror initio Regis, qui non succedebant in regno, sed quibus donationes dabantur, ita dictos esse, q. d. donatos, & habitaverunt ceu custodes in munitione Ophel, ne in arcem David à seditiosis fieret irruptio. Deinde autem post reges, & reditum ex Babylone alij ita quoq; sunt appellati, qui sacerdotibus necessaria suppeditarent, à dando seu porrigendo nomen habentes, quorum fit mentio Esdræ 2. Nathinei*

*filij Zicha. Et iterum: Omnes Nathinei & filij servorum Salomonis trecenti & nonaginta duo. & ca. 8. & dedi eis mandatum ad Iddo principem in Casiphia, & ad fratres ejus Nathineos in Casiphia. Nehe. 3. Nathinei autem habitabant in Ophel. Circa quam Forsteri commentationem non uno adnotamento opus est, sed suis quoque locis reservando. Hic monuisse sufficiat: Forsterum, qui in Operis titulo gloriatur, Dictionarium suum, non ex Rabbinorum commentis, nec Nostratum Doctorum stultâ imitatione descriptum, sed ex ipsis thesauris sacrorum Bibliorum, & eorundem accurata locorum collatione depromptum, cum Phrasibus scripturae Veteris & Novi Testamenti diligenter annotatis, difficili admodum studio adpositam לִוְנִיִּים significationem ex ipsis Thesauris sacrorum Bibliorum, & eorundem accurata locorum collatione probaturum esse. adduximus suprâ Loca Scripturae, ubi נתון נתונים, ad quæ κατ' ἀναλογίαν vox נתונים examinanda venit. nullibi verò eâ attulerunt mente, ac si ipsis de quibus sermo est, aliquid datum esset. לִוְנִיִּים donatus vel donari Latinorum sensum Forsteri quidem non derogabimus, cum Cicero l. II. de Legibus c. 16. dicat: *Vir nemo bonus ab improbis se donari vult;* sed derogamus voci נתונים. non diffitemur insuper, Apanagij, quod indigitat Forsterus, originem vetustissimam esse, & à Jure Consultis eam è Patriarcharum Regumq; Hebræorum Historia vi Genes. XXV. 5. 6. & 2. Paral. XXI. 2. 3. deduci. sicut à Job. Melchiore Hofmeistero in dissertat. Inaugurali de Jure Apanagij Argentina 1670 ventilatâ præstitum est. Per quosdam נתונים verò Apanagiatos intelligi Regum filios nullo literarum sacrarum suffragio sed solâ opinione sua confirmat Forsterus, quàm inferius examinandi nobis occasio erit Nethinæorum Originem investigaturis.*

§. V. Observamus præterea juxta Forsteri sententiam, vocabulum נתונים activa quoq; significatione indui dum scribit. Deinde autem post reges & reditum ex Babylone alij quoq; ita sunt appellati, qui Sacerdotibus necessaria suppeditarent, à dando seu porrigendo nomen habentes. Verum enim verò perpetuus præteriti passivi Peil usus hoc non admittit. quod etiam Job. Piscatoris Scholio ad 1. Chron. IX. 2. opponendum est. *Nethinai, id est, deditij: nempe Gibeonita, qui se dediderunt*
Israeli-

Israelitis ad perpetua servitia. Nec non Glossæ Gallorum Genevensium ad Efr. II. 43. des Nethiniens: *comme qui diroit personnes qui s'estans rendues à la merci de quelcun ont esté asservies pour tousjours.* Et Samueli Bocharto, qui in eandem sententiam putat l. II. Phaleg. cap. 1. p. 77. Nethinæos i. e. dedititios esse appellatos, quod se sponte dedidissent. Nethinai dedititij vocantur נתנים, quia dati, dediti vel ordinati sunt à Josua & post à Davide, ut mox ostendemus, non verò ideò quia se dediderunt. Sed neque Theodoreti locum præteribimus, qui Tom. I. Oper. Quæst. in l. Paralip. Editionis Lutetianæ fol. 364. D. conspicitur. Ἐρον ἐν τῇ τῶν ἑβραϊκῶν ὀνομάτων ἑρμηνείᾳ τὸτο δηλῶν τὸ ὄνομα (Nathinæus putat) δὸς οὐκ ἔστι, ἵατέσι τῶ ὄντι Θεῷ. Inveni in Hebraicorum nominum interpretatione, nomen hoc significare donum jao, hoc est Dei qui est. Hebræorum Lingua à נתן derivat substantiva מתן, מתנה, & מתת quæ donum denotant. Sed nullo quod à Nun incipit. Forte chaldaica voce נתניא persuasus interpres ille Efr. VII. 24. quis verò vel leviter duntaxat chaldaismi cognitione tinctus, נתניא status emphatici formam esse nescit? Si ex יה Nomine divino composita vox esset, He haberet in fine cum puncto Mappik notatum, ut in ידידיה 2. Sam. XII. 25. quod licet quandoque excidat, nunquam tamen יה ל He cum Aleph permutat.

§. VI. Quæritur vero hic, qua occasione Nethinai sic dicti sint? Interpretes communiter provocant ad locum Jehoschua c. IX. 27. יותנם יהושע ביום ההוא dedit, inquam, eos Jehoschua in die hoc, vel Esra VIII. 20. וסן הנתנים שנתן דיד והשרים at de Nethinæis, quos dedit David & Principes ad ministerium Levitarum, appellatione à נתן depromptâ, quia dati constituti, ordinati vel confirmati sunt ad peragendum ministerium suum. Locum priorem respexisse videtur B. Hieronymus in Quæst. seu Tradit. Hebraicis in l. Paral. ad Cap. IX. 2. Tom. III. Oper. fol. m. 167. a. sic scribens: Nathinnei i. e. donati, sunt enim Gabaonite, eò quod ad serviendum dati sunt ad Templum Domini à Josue. & Codex MS. EZ Hechaum in Hilchot Nidda c. 10. apud Wagenfeil in Sota p. 145. הנכעונים גיבוןי נקראו נתנים על שם שנתנם יהושע הוטבי עצי ושואבי מים dicti fuere Nethinai, nam Josua dedit eos ad findenda ligna hauriendam.

riendamq; aquam. Nec abludit *Buxtorfius* in Lexico Chaldaico Talmudico - Rabbinico fol. 1409. Quia illic (Jos. IX. 27.) dicitur ויתנם, idcirco vocati fuerunt נתנים *Nethinim*, q.d. Dati, constituti ad certa munia, *Additij*, *Adjuncti*, cum *Calovio* in *Bibl. Illustrat.* ad Jos. IX. 27. posteriorem, qui *Esr.* VIII. 20. habetur, *Carolus Sigonius*, de *Republ. Hebræor.* l. V. c. 7. p. m. 499. utrumq; *Nicolaus Serarius* Soc. J. Theologus comment. in Jos. cap. IX. Quæst. XX. fol. 216. & *Joh. Steph. Menochius* de *Rep. Hebræor.* L. II. c. 4. fol. 118. quæst. 10. Plures in cujusque sententiæ suffragia adducere valeremus, nisi supervacaneum foret, cum derivandi ratio utrobiq; fundata sit, illic in futuro converso ויתנם hic in præterito שנתן

§. VII. Diverfa verò à priori Quæstio emergit, à quo tempore *Nethinai* cœperint sic dici? nonnulli ad *Jehoschua* tempora denominationis initium referunt. quam Sententiam allegatus modo *Serarius* l. c. *Masio* assignat. *Masius*, inquit, & rem & nomen jam inde à temporibus *Josue* fuisse mavult. quod etiam videtur *Menochio*. l. c. sunt qui existiment, & nomen & obsequium à tempore *Josue* cœpisse, quibus consentit *Masius*. Sed *Masius* Tom. I. *Crit. Sacror.* Annot. ad Jos. IX. 26. 27. fol. Edit. Francof. 1650. mentem suam aliter explicat his verbis: *Lignatores aquatoresque isti sunt* posteris temporibus tanquam peculiari appellatione dicti נתנים *Nathinai* à verbo נתן, quasi dedititios dicas, & cœtus atque aræ Dei mancipatos. Vides Originalem *Nethinæorum* appellationem, non ad Tempora *Josua* sed Illo posteriora à *Masio* referri. quæ subjiciuntur à *Masio*, non quæstionem de primo nominis *Nethinæorum* Usu concernunt, sed utrum *Gabaonita* fuerint *Nethinai*. de qua mox dicturi sumus. *Alij* autem Denominationis principium temporibus *Davidis* attribuunt, Institutione officij *Josua* relicta. cum *Sigonio* l. c. *David*, dicente, auctor fuit novi nominis non officij, ac pro *Gabaonitis* *Nathineos* vocavit, ut apparet ex primo *Edra*, cap. IIX. (v. 20.) de *Nathineis*, quos dederat *David* & Principes ad ministeria *Levitarum*, & *Samuel Bochartus* *Rhotomagensis* in suo *Phaleg* seu parte priorè *Geographiæ sacræ* l. 2. c. 1. pag. 77. confidenter scribit: *Davidem* *Gabaonitas* mutato nomine נתנים *Nethineos* i. e. dedititios appellasse. confer. *Drusium*

Drusium

Drusium Annotat. ad Jos. IX. 23. & 27. Tom. I. *Critic. Sacror.* fol. 1658. Celeberrimi nominis Judæus *Rabbi Aben Esra* utramque sententiam conjungit, comment. ad Est. II. 43. הַנְּתִינִים הֵם רֵאשֵׁי גִבְעוֹן וּבְנוֹתֶיהָ וַיְהוֹשֻׁעַ נָתַן לְבֵית אֱלֹהִים עַל כֵּן נִקְרְאוּ נְתִינִים אֵת שֵׁן אַחֲרָיו כֵּן וּמִן הַנְּתִינִים שָׁנַתָּן דָּוִד וְהַשְּׂרָרִי לְעִבּוּדוֹת הַלֵּוִיִּם כִּי הִשְׁעָם קִיִּים הַנְּתִינָה אוּ נִקְרְאוּ מִן הַיּוֹם הַזֶּה הֵיוּ מִקּוֹדֶם הָיוּ נִקְרְאוּ גִבְעוֹנִים *Nethinai sunt capita* (Principes vel Duces) *Gabaonis* & *filiarum* (vicorum) *ejus*, & *Jehoschua dedit* (eos) *Domui Dei sui*, propterea *vocati sunt* נְתִינִים *quamvis postea dicatur:* (VIII.20.) *at de Nethinai*, quos *dedit David* & *Principes ad ministeria Levitarum*, quia *sensus est*, (quod David) *confirmaverit dationem* (à *Jehoschua* factam.) *vel vocantur à die hoc* נְתִינִים *Nethinai*, quia olim *dicti fuerunt Gabaonite*. confer *Valentinum Schindlerum*, in *Lexico Pentaglotto* fol. 1184. sub rad. נתן.

§. VIII. *Bonaventura Cornelius Bertramus* *Nethinæorum* nomen *ad tempora Davide posteriora* refert, de *Republ. Judaica* cap. XV. p. 276. & 277. *Præter Levitas ad Tabernaculi munera adhibebantur Gabaonite reliqui ex clade Saulis*, qui cum pauciores essent, quam qui sufficerent ad *Ædis Sacra ministerium*, *adhibiti sunt ad illud præter eos quidam à Davide*, ut hoc disertè exprimitur *Hezra* 8, 20. & postea à *Salomone*, quo nomine & *servi Salomonis appellantur*, qui omnes cum reliqui *Gabaonite*, tum illi, qui à *Davide* & à *Salomone traditi fuerant*, *Nethinai dicti sunt*, quasi *dedititij seu ascriptitij*. Quæ circa hunc *Bertrami* locum notari speciatim possent, nondum afferam. de controversia verò, quo præcisè tempore *Nethinæi* nomen suum fuerint nacti, cum *Menochius* fateatur *rem in utramque partem obscuram esse*, hæc accipe. Qui pro tempore *Josuano* militant, valde premuntur, si 2. *Sam. XXI.* caput illis obvertatur. quippe quod *ψ. i. 2 bis, 3, 4. 9.* memorat *Gabaonitas*, per quos *Nethinæos* intelligi libenter concedimus, sed non sub *Nethinæorum* nomine. si *Gabaonite* à temporibus *Josue* *Nethinæi* vocari cœpissent, haud dubiè in alato *Samuelis* loco id factum fuisset. Non tamen solido propterea nituntur fundamento, qui primam vocis originem loco *Esdræ VIII. 20.* ideo superstruunt, quia legitur ibi:

B

ומן

וּמֵן הַנְּתִינִים שֶׁנֶּתַן דָּוִד *cum formula ista nominis impositi tempus non precisè denotet.* Si quis consequentiæ nostræ fallaciam objiciat: *Nethinai hoc nomine Samuelis loco non vocantur, ergo nomen nondum habuerunt,* probationis onus sibi imponet, quo præstito, victoriæ palmam cum applausu concedemus. Hoc enim sacrarum Literarum monumenta consulentes pro comperto habebunt: *Quemadmodum Nethinai post Templi Salomonei erectionem non amplius vocati sunt Gibeonitæ, ita ante Templi erectionem tempore Tentorij Conventus Gabaonitæ non vocati sunt Nethinai.* ita ut tutissima eorum videatur esse assertio, qui Nominis Nethinæorum Impositionem ad tempora post Davidica referunt.

§. IX. Nunc verò ad palmaria Quæstionis examen progredimur, *ex qua sc. Gente Nethinæorum origo deducenda sit.* intimatum quidem sed non nisi per aliorum occasionem est, Nethinæos esse Gabaonitas, sed operæ pretium erit, rem paulò prolixius tractare ex instituto. Si quis cap. XXI. post. Samuel. evolverit, Davidis tempore, gravissimâ licet clade à Saule fuerint afflicti, Gabaonitas superfuisse, nullus dubitabit. neq; ulla nos obligat ratio, ut posteros eorum internecioni datos fuisse statuamus, cum reiteratam juramenti à Jehoschua ceterisque populi Principibus facti violationem multò gravioribus suppliciis vindicasset Judex supremus, ac per famem triennem Davidis ævo vindicavit. Gabaonitæ itaque cum reliquo Jraelitarum cœtu in Captivitatem Babylonicam abducti, & ex ea elapso septuaginta annorum termino ad pristinas stationes reversi sunt. qui verò Habitatorum abeuntium atque redeuntium ordinem collato 1. Chron. IX. 2. cum Esræ II. 2. 36. 40. 43. VII. 7. 24. & Nehem. VII. 7. 39. 43. 46. X. 29. pensitaverit, perspiciet *Nethineos locum Gabaonitarum occupare.* Unde hoc argumentum enalcitur. *Quicumq; loco Gabaonitis debito ab Auctore 1. Paral. Esra insuper & Nehemia recensentur, illi sunt Gabaonitæ. Atqui Nethinai loco Gabaonitis debito ab Auctore 1. Paral. Esra & Nehemia recensentur. E. Nethinai sunt Gabaonitæ.*

§. X. Secundum assertionis fundamentum vocis נְתִינִים
Etymo-

Etymologia subministrat à נתן descendens, quæ tam Jos. IX. v. 27. ומן הנתינים שנתן דויר. Efr. VIII. 20. quàm ויתנם. E. per Nethinæos Efræ Gabaonitæ Josuani intelliguntur. *excipis*: iis qui Nethinæos pro Gabaonitis venditant, locum Efræ obesse potius quam prodesse. cum *David eos dedisse* dicatur. Ergò Nethinæi Davidici non sunt Gabaonitæ Josuani. respondeo: hunc nodum diversimodè à Scripturæ Sacræ Interpretibus resolvi. quidam cum Sigonio L. V. c.7. p. 499. Davidi dationem *novi Nominis* נתינים duntaxat, non vero officij transcribendam esse censent, quæ Josuæ salva manet. quam opinionem *Serrarius* comment. in Jos. C. IX. Qu. XX. p. 216. & *Mafius* Annot. in Jos. IX. 26. 27. R. Schelomoni Jarchio, vulgo Raschi dicto, quoque attribuunt. Sed Raschi ad Efr. VIII. 20. ומן הנתינים ומן העבדים נתינים שנתן דויר המלך. & *de servis Nethinæis, quos dedit David Rex & Principes Israelis ascenderunt cum ipsis.* apud *Aben Efram* verò comment. in Efr. II. 43. quæ Duum Viri isti intendunt, leguntur. נקראו מן היום ההוא נתינים כי מקודם היו נקראים גבעונים *vocantur* (Efr. VIII. 20.) à tempore hoc נתינים *Nethinæi, qui antiquitus vocati fuerunt Gabaonitæ.* Quæ distinctio inter Impositionem nominis & officij neque necessaria est, neque è Phrasi Efræ sufficienter probatur. dicimus itaque נתן apud Efram VIII. 20. denotare *dationem confirmatam.* juxta priorem *Aben Efræ* explicationem קיים הנתינה quod David dationem olim à Jehoschua factam confirmaverit. & certo ordine modoque præscriptam. quod *Mafio* l.c. videtur maxime verisimile. *Esdram* nempe ideo Davidis tanquam *Auctoris* mentionem facere, quia hic plerasq; omnium servitiorum & munerum rationes filio suo Salomoni sub extremum vite actum certo ordine modoque præscripserat, quæ observari atq; effici in sacra aede, postquam ea foret exædificata, voluisset; ut est in *paralipomenis* l. I. c. 23. scriptum. In quem sensum *Giovanni Diodati* ad Efr. VIII. 20. notat: negli Spartimenti de' ministri sacri I. *chron.* 24. e. 25. e. 26. non è fatta alcuna menzione de' Nethinæi: ma conviene credere che David confermò, & regolò di nuovo ciò che anticamente erò stato ordinato intorno à loro. Jos. IX. 21. (27.) conferantur *Genevenses Galli* ad Efr. VIII. 20. *Junium* & *Tre-*

Et Tremellium ad eundem locum. addo dationem Jehoschuae decreto publico à Davide quodammodo limitatam fuisse. quod è locorum collatione videre est. Illic enim Jos. IX. 27. dicitur: ויתנם יהושע ביום ההוא חטבי עצים ושאבי מים לעדה dedit, inquam, eos Jehoschua in die hoc, caesores lignorum, & haurientes aquas congregationi (ψ. 21. לכל העדה toti congregationi) imprimis altari Jehovah, usque ad diem hunc, ad locum quem electurus esset. hic verò Esr. VIII. 20. ומן הנתונים שנתן דויד והשרים לעבדת הלויים At de Nethinæis, quos dedit David & Principes ad ministerium Levitarum. de quo Nethinæorum officio inferius plura monendi occasio erit.

§. XI. Tertium argumentum, quo Nethinæos ad Gabaonitarum Gentem Originem suam referre asseritur, Catholicus ferè tam Judæorum quam Christianorum Interpretum consensus præbet. quem ut novitatis cujusdam curiosæ studio allecti hic deseramus, nondum solida persuasit ratio. Ita namque Glossator Talmudicus Seder III. משה l. נתינים גבעונים פרק שמיני sive capite octavo fol. ע"ב in margine sinistro sub medium fere ad vocem נתינים שנתגיירו בערמה בימי יהושע ונתנם עבדים לחוטבי עצים Nethinæi sunt Gabaonite, qui profelyti facti sunt astu temporibus Jehoschua, & constituti servi, ut finderent ligna & haurirent aquas. & Aben-Esra comment. ad Esr. II. 43. נתינים הם ראשי גבעון ובנותיה Nethinæi sunt Capita Gabaonis (Principes sive duces) & filiarum (vicorum) ejus. quibus, ut supra vidimus, Codex Ms. Ez Hechajim in Hilchot Nidda Cap. X. apud Joh. Christoph. Wagenheil in Sota suffragatur, p. 143. Inter Christianos eminent B. Hieronymus in Quæst. ad I. Paral. cap. IX. 2. Tom. III. Oper. fol. m. 167. a. è Nostratibus Nethinæos pro Gabaonitis habent, D. Joh. Brentius comment. in Jos. IX. fol. 59. Calov. Bibl. illustrat. ad Jos. IX. 21. fol. 671. & 27. fol. 672. Friedlieb. Theol. Exeget. seu Observat. Biblicis ad Esr. II. 43. Tom. I. fol. 509. b. Joh. Lundius in opere laudato. Die alten jüdischen Heiligthümer. l. IV. Cap. 7. fol. 758. Joh. Saubertus F. de Sacerdotio Ebræorum C. XI. p. 662. Valent. Schina-

Schindlerus. Lex. Pentaglot. fol. 1184. *Lucas Osiander* ad Esr. II. 43. Tom. III. p. 7. *Wagenfeil* in Sota p. 568. *D. Michael Walther*. Harmonia Biblica ad Esr. VIII. 20. Edit. Norimb. fol. 283. è Romano. Catholicis: *Guilielmus Estius* Annotat in Præcipua ac difficiliora S. S. loca. ad Esr. II. 42. & 54. p. 278. b. *Nicolans de Lyra* ad 1. Paral. IX. 2. *Andreas Masius* Annot. ad Jos. IX. 26. 27. fol. 1650. *Menochius* de Rep. Hebræor. l. II. cap. 4. Qu. X. fol. 118. *Gaspar Sanctius* comment. ad Esr. II. 58. fol. 43. b. *Nic. Serarius*, comment. in Jos. C. IX. Quæst. XX fol. 215. & 216. *Carolus Sigonius*, de Republ. Hebr. L. V. c. 7. p. Edit. Joh. Nicolai in 4to. 499. *Franciscus Vatablus*, Literarum Hebraicarum post initium Sec. XV in Academia Paris. Professor Annot. ad Esr. II. 43. Tom. II. Criticor. Sacror. fol. 284. *Joh. Baptista Villalpandus* Cordubensis. Tom. III. Apparatus Urbis ac Templi Hierosolymit. parte I. libr. II. cap. 7. fol. 85. a. & Libr. III. Cap. 23. fol. 207. b. *Josephus de Voisin* Burdegalenf. observat. ad Raymundi Martini Ordinis Prædicator. Pugionem Fidei adversus Mauros & Judæos. ad Cap. XIII. parte III. Dist. III. p. 639. *Netinai* fol. Edit. Carpzov. 824. è Reformatorum classe consentiunt *Belgæ* notis versionis suæ ad Jos. IX. 27. 1. Paral. IX. 2. & Esr. II. 43. *Bonaventura Cornelius Bertramus* de Republ. Ebræor. cap. XV. p. 277. *Petrus Cuneus* de Republ. Hebræor. l. II. cap. XI. p. m. 225. *Giovanni Diodati* notis ad Versionem Italicam 1. chron. IX. 2. Esr. VIII. 20. *Joh. Drusius* SS. Liter. in Academia Franckerana Interpres Annot. ad Jos. IX. 27. Tom. I. Crit. Sacror. fol. 1658. *Genevenses Galli*, nota marginali ad Jos. IX. 23. Esdr. II. 43. Neth. VII. 46. *Junius & Tremellius*. ad Jos. IX. 21. *Chuonradus Pellicanus* Rubeaquentis comment. ad Jos. IX. 24. *Joh. Piscator*, scholio ad 1. chron. IX. 2. & Esr. II. 43. *Joannes Seldenus* de Jure N. & G. juxta Disciplin. Ebræorum l. V. c. 4. fol. 647. neque *Hugo Grotius* diversum sentit ad 1. Paral. IX. 2.

§. XII. Circa hunc vero Autorum numerum probe notandum est, non omnes unius esse census, quidam enim eorum Nethinæorum Originem non nisi ex Gibeonitarum progenie deducunt. Sed non desunt, qui ab aliis Gentibus de-

scendentes hoc quoque insigniri nomine existimant. Unde Serarius, l.c. fol. 216. scribit: imo è subactis subditisque Gentibus, alios quosdam iisdem ministeriis adjunxisse Davidem certum est: præsertim cum Gabaonitarum plures interemisset Saul 2. Reg. 21. ut innuit Abulensis ibidem quest. 12. & P. Cuneus. l.c. p. 225. Quemadmodum Levitæ Sacerdotibus ministrabant, ita ipsis Levitis dati alij sunt, qui lignatum aquatumq; mitterentur. Ii primum Gibeonitæ erant, quos maximus populi ductor Josua in bello servaverat. Mox Davidis Salomonisq; tempore alij ex victis Gentibus accessere, atq; uno nomine omnes appellati Nethinæi sunt, quasi dedititios aut adscriptitios dixeris. quo SS. loco id asserant, non dicunt. Sed Bertramus l.c. dicit: hoc disertè exprimi Hezra VIII, 20. Verum agere actum non opus est, superior loci hujus explicatio diversos ab iis, qui ex Gabaonitarum sanguine progeniti sunt, Nethinæos nullos admittit, neq; evincet Bertramus Salomonis servos Nethinæos fuisse tantum. cum id clarè 1. Reg. IX. 20. 21. refellatur, confer Estium ad Esdr. II. 54. & Piscatorem ad Esr. II. 55.

§. XIII. Gibeonitæ autem nomen ferebant à גבעון Gibbon. juxt. LXX. Interpretes גבעון. quorum ut & Vulgate Versionis pronunciationem, Novatorum ut vocat, qui Hodierna Hebraeorum puncta, quam 70 Interpretes, Latinumq; textum, & explanatores cum receptissimo usu omnes, mirantur magis, pronunciationi sine ratione præfert Nicolaus Serarius comment. in Ios. C. IX. Quæst. I. fol. 198. גבעון dicitur à גבעות colibus. quia urbs erat montana, juxta Adrichomium in Monte Silo sita. Unde Scriptura אשר כנבעון meminit. 1. Paral. XVI. 39. 2. Paral. I. 3. 13. fuit diversa à גבעת בנימין Gibea Benjaminis 1. Sam. XIII. 2. quæ etiam vocatur גבעת שאול Gibea Saulis 1. Sam. XV. 34. & 2. Sam. XXI. 6. juxta Abarbanel ad 1. Sam. XV. 34. fol. קיא b. זכר שאחרי ששסק שמואל את אגג הלך אל ביתו הרמתה ושאויל עלה אל ביתו שהיה בגבעת שאוילו memorat, quod Schemuel, postquam dissecuisset Agagum, iverit ad domum suam, Ramam versus, & Saul ascenderit ad domum suam, quæ fuit Gibea Saulis, & hæc est Gibea Benjamin, de qua supra mentionem fecit. Et D. Seb. Schmid. Comment. ad 1. Sam. X. 5. Quæst. VII. fol. 301. Rabbi

Rabbi

Rabbi Benjamin de quo in Jouchasin sive Chronico Abrahami Zacouthi fol. edit. Cracov. 131. notante Constantino l'Empereur ab Oppyck. dissertat. ad Lectorem hæc leguntur: רבי בנימין בעל המסעות נפטר שנת תתקלג המאור הגדול *Rabbi Benjamin, qui multum peregrinatus est, obiit anno 933, sive à Nato Christo 1173. magnum illud luminare, cujus sol toti Israël exortus fuit.*) in Itinerario suo fol. 40. dicit: עיר נבען הגדולה *magnam urbem Gibeon* suo ævo dictam fuisse גראן דוד *Garan Davidis*. ejus descriptionem habemus Josuæ X.2. quod fuerit עיר גדולה כאחת ערי הממלכה *urbs magna sicut una urbium regni & major quam Aja.* וכל אנשיה גברים *omnesq; viri ejus fortes* habuit sub se *Kephirah, & Beeroth, & Kirjathjearim* Jos. IX. 17. assignata postmodum tribui Benjamin. Jos. XVIII. 21. 25. inter urbes Sacerdotales cum suburbiis suis relata dicitur Jos. XXI. 17. Tentorium conventus in Gibeonis excelso fuit tempore Davidis. 1. Paral. XVI. 39. XXI. 29. & Salomonis 2. Paral. I. 3. 13. *de situ Gibeonis Josephus* αὐτὸ ἀλώσιως sive Bello judaico I. II. c. 37. fol. m. 818. refert: χωρὸν βαβαιὸν καλεῖται *fuisse ἀπέχοντα τῶν ἱεροσολύμων πεντήκοντα σταδίοις locum, qui Gibeon vocatur, ab Hierosolymis distare quinquaginta stadiis.* & L. V. Ἰσραηλῆς Ἀρχαιολ. Cap. I. fol. m. 138. recensentur βαβαιῶνται κατοικῶντες ἐγγιστὶ τοῖς ἱεροσολύμοις. *Gibeonita proxime Hierosolymas habitavisse.* Benjamin Tudelensis in citatis mod. מסעות p. m. 40. scribit: ומשם שלש פרסאו לירושלם *ab hac (Gibeone) distant Hierosolyma tribus parasangis.* quæ miliarium Italicorum sex cum dimidio, Germanicorum verò non duo integra conficiunt. Eusebius Pamphil. apud Hieronym. de Locis Hebraicis Tom. III. Operum fol. m. 185. D. hæc habet: *Gabaon, unde Gabonita supplices venerunt ad Jesum, erat olim Metropolis civitas & regalis Aevorum, ceciditque in sortem tribus Benjamin: & nunc ostenditur villa eodem nomine in quarto milliario Bethelis contra orientalem plagam, juxta Rama & Rennon, ubi Salomon hostiis immolatis, divinum meruit Oraculum. fuit autem & ipsa separata Levitis.* Sed Bonfrerius observat, non rectè in quarto milliario Bethelis & quidem contra orientalem plagam sitam

fitam

fitam dici, quum potius occidentalis ei fuerit. Si Gibeon Betheli esset orientalis, legatio non potuisset quasi à longinquo institui. quia Jehoschua in parte Bethelis Orientali versabatur Jericho. Hai &c. Ceterum Gibeonitæ erant *Chivveorum coloni. vide Jos. XI. 19.* à Chivvi filio Canaan descendendum. Gen. X. 15. 16. 17. de qua Generatione legi meretur *Samuel Bochartus* in Phaleg l. IV. c. 35. & 36. fol. 342. seq. prolixè. ubi discrimen quoque observat *חייב* & *חייגי* qui passim ab Hebræis confunduntur. cum tam nomine quam sede differant. Jos. XI. 3. Deutr. II. 23. breviter *D. Calov.* Comment. in Genes. C. X. 15. fol. 758.

§. XIV. Ex quibus constare putamus *Nethinæos Origine Gentiles* atq; adeo ex Israelitarum semine progenitos non fuisse. Hinc *B. Theodoretus* quam de Nethinæis Qu. in 1. Par. 9. fol. 364. Tom. I. Oper. C. D. fovet sententiam defendendam relinquimus. *Ναθινάϊες δὲ ὄμιαι καλεῖσθαι τῆς ἱεροδύλης ἐνομαζομένους. πολλοὶ γὰρ ἐαυτοὺς ἀφιέρουσι εἰς τὰς τῶν ἱερέων καὶ λαϊτῶν ὑπεργίας· ἐχρῆν γὰρ καὶ τῆς ἐκ τῶν ἄλλων φυλῶν καὶ ὑδροφορεῖν, καὶ ξυλοκοπεῖν, καὶ ἴσθλα ὅσα ἰοισαῦτα ἐργάζεσθαι. Εἰ γὰρ τῆς Γαβαωνίτας, ἀλοφύλης ὄντας, Ἰησοῦς ὁ πανδύφημος ἐκέλευσεν ὑδροφόρους εἶναι τῆς σκηνῆς, καὶ ξυλοκόπους, πολλῶ μᾶλλον Ἰσραηλίταις ἢ ἰοισαῦτι πρὸς φορτῆν ἢν λειψυρία. Nathinæos autem opinor appellari eos qui hieroduli dicuntur, i. e. sacrorum servi. Multi enim se ipsos consecrabant ad ministeria Sacerdotum & Levitarum. Oportebat enim etiam eos qui erant ex aliis tribubus & aquam ferre & ligna scindere, & quæcunq; sunt hujusmodi alia operari. Nam si Gabaonitas qui erant alienigenæ, jussit omnibus laudibus prosequendus Jesus esse aquæ bajulos Tabernaculi, & ligna scindere; multò magis Israelitis conveniebat tale ministerium. Ubi Nathinæos non è Levitica duntaxat sed & aliis tribubus provenisse autumat Theodoretus; Gabaonitisque contradistinguit. Quid de Færsteri opinione quosdam Nethinæorum initio fratres Regis fuisse, venditantis, adeoque Origine Israelitas, censendum sit, jam supra indicium factum est, nullo probationis solidæ fundamento assertum niti.*

§. XV.

§. XV. Sed quid, si Efr. VIII. 17. objiciatur. **ואוצאה**
אותם על ארו הראש בכספיה המקום ואשימה בפיהם
דברים לדבר אל ארו אחיו הנתונים בכספיה המקום להביא
Præcipiq, eis ad Iddonem, Caput
in Casiphja loco: ac posui in os eorum verba, ad loquendum ad
Iddonem, (ע) fratrem ejus, Nethinaos, in Casiphja loco, ad
adducendum nobis ministros pro domo Dei nostri. ex quo ita
quis posset argumentari: nulli Levitarum Præsides fuerunt ori-
gine Gentiles, atqui Nethinai fuerunt Levitarum Præsides, E.
Nethinai non fuerunt origine Gentiles. minorem firmare viden-
לדבר אל ארו אחיו הנתונים בכספיה המקום
& commentarius Aben Esra. ad l. c. ארו ויהנכון אל ארו
ואחיו שהם נתונים ויש אומרים כי אחיו שם איש אחי ארו או
קרובו *deest Vav, ע sensus est, ad Iddonem ע fratrem ejus qui*
sunt Nethinai, ע sunt qui dicant, quod אהיו sit nomen Viri fratris
Iddonis vel propinqui ejus. Iddonem vero illum textus vocat
הראש *Caput Levitarum scilicet, & Legati ab Esdra ad Iddo-*
nem eo fine mittebantur, ut hujus jussu Levitæ in comitatu
deficientes ψ. 15. adventarent, quod etiam, ut è ψ. 18. videmus,
כתוב לו *factum est. dico: minorem firmiter non probari, sive לו*
קרי לו *sequaris sive לו קרי. juxta לו כתוב לו Rabbi Schelomo Jarchi haud in-*
שמתי בפיהם ואשימה בפיהם *commodè scribit ad verba textus*
דברים לדבר בשליחותי אל ארו ואחיו שהם נתונים
ומיושבו בכספיה להביא לנו משרתים לעבוד בבית המקדש
posui in os eorum verba ad loquendum in legatione mea ad Iddo-
nem ע Achivum, qui sunt positi ע collocati in Casiphia, ad ad-
ducendum nobis ministros ut serviant in domo Sanctuarij. id
quod Ludovico de Dien Animadvers. ad Esdr. VIII. 17. p. m. 241.
expeditissimum videtur. Licet non necesse sit cum Raschi per
אחיו *intelligere שם אדם Nomen viri, de quo vide Glass. l. IV.*
Phil. S. tract. 3. observat. 17. p. m. 1002. & sic per נתונים Ne-
הנתונים *thinaei non indigitantur. Si לו קרי præfertur: neque*
הנתונים *sic Lud. de Dien Nethinaos significari contendit. cum hoc*
הנתונים כמו הנתונים *formæ chaldaicæ, illud Hebraicæ sit significationis ejusdem,*
ועל כן נכתב בויו *quod ipsi innuere videtur Raschi. הנתונים*
ideòq, scribitur *idem est ac הנתונים לו ועל כן נכתב בויו*
C
per

per Vav. Sed posito intelligi *Nethinaeos*, non tamen sequitur Iddonem fratremq; ejus è *Nethinaeorum* numero fuisse. cum particula ך̄ æquali commoditate ך̄ הַנְּתִינִיִּם possit præfigi, ac præfixum fuit ך̄ נְתִינִים. Esdram scilicet misisse legatos ut loquerentur, ad Iddonem & fratrem ejus pro adducendis Levitis, quod impletum est ψ. 18 & 19. & ad *Nethinaeos*, pro adducendis *Nethinæis*, de quibus ψ. 20. indicat, ducentos & viginti venisse. Nam & Illi præfectos suos habuere ceu Neh. XI. 21. cernimus. confer *versionem Junij & Tremellij*. nec non *Belgicam* ad h. l. cum *glossa marginali Genevensium*.

§. XVI. Nunc, *cujus fuerint Religionis Nethinæi*, dispiciendum est. Magni nominis Vir, Gabaonitas post initam cum Josua pactioem, Idololatrios Gentiles vocat, unde Ecclesiam Dei sectis hæresibusque jam olim obscuratam fuisse probare conatur. Sed nobis modestè dissensum nostrum fateri licebit, *Nethinæos sacrorum Judaicorum Profelytos* fuisse statuentibus. Προσίλυτος sive à tertia præter. passivi προσήλυτος, seu à præter. medio προσήλυτα verbi προσέρχουμαι advenio, accedo, derivetur, significat *advenam, adventitium*. qui, definiente *Joh. Leusden.* in *Philologo Hebræo-mixto* differt. XXI. p. 142. *primitus ex Gentilismo, vel postea etiam ex Christianismo ad Judaismum convertebatur; vel qui domicilij vel artis mechanicæ discendæ aut exercendæ ergo ad Judæos accedebat.* accuratius forte sic: *qui sive Religionis sive domicilij aut artis causa ad Judæos veniebat.* Hebræis vocatur גֵּרֵי אֲרָמִים *alienigena, peregrinus.* & גֵּרֵי אֲרָמִים à גֵּרֵי peregrinari. Chaldæis אֲרָמִי. Unde LXX. *Interpretes γειώρας* adhibuere *Exod. XII. 19. Esaj. XIV. 1.* qua voce *Eusebius Pamphili* quoque usus est, *Histor. Eccles. l. I. fol. Edit. Vales. 23. B. οἰόμενος (ἠρώδης) ἀγενὴς ἀναφανείδου, ἴσῳ μὴ δὲ ἄλλον ἔχειν ἐν δημοσίῃ συγγραφῆς τὸ γένος ἀνάγειν ἐπὶ τοῖς πατριάρχαις, ἢ προσήλυτοις, τοῖς τε καλεμένοις γειώραις τοῖς ἐπιμίχουσ.* (*Herodes*) *ratus se tùm demum nobilem visum iri, cum nemo esset qui ex publicis monumentis originem generis sui, vel ad Patriarchas, vel ad Profelytos, vel ad permixtos Israelitis peregrinos, qui γειώραι dicuntur, posset referre.* Ita *Henricus Valesius* interpretatur. quasi γειώρας à προσήλυτος diversum quid indica-

indica-

indicaret, prout in Notis suis fol. 14. & 15. explicat. Verum si particula *ἡ* apud Euseb. post *ἡ* accipiatur *ἡ ἀπληρωματικῶς*, ut sæpe Scriptores Græci accipere solent, *προσήλυτοι* erunt *γείωραι*. neque LXX *Interpretes* alio quam qui Hebræorum *גֵּר* vel Chaldæorum *גֵּר* responderet, sensu vocabulum istud adhibere. hinc commodè B. *Theodoretus* Quæst. in Exod. XXIV. T. I. Oper. Edit. Paris. fol. 91. scribit. *γείωραν γὰρ τὸν προσήλυτον ἐκάλεσε. Gioram enim advenam appellavit. & Hesychius in Lex. fol. 212. commodè quoad hæc. γείωρας, γείτονας ἐξ ἄλλου γένους καλυμένους ἢ Ἰσραὴλ προσήλυτους.* incommodè verò quoad sequentia. *ἢ ἡ ἐπὶ τὴν γῆν διαπονεμένους.* Græcorum enim *γεωργός* quod agricolam denotat à Chaldaico Idiomatico *גֵּר* *γείωρα* multum distat. & *Ludov. Thomasinus* in Glossario Univerf. Hebraico fol. 229. C. *γείωρα; τῶν* septuaginta à *גֵּר* derivat, non verò *γεωργός*.

§. XVII. Verum enim verò Judæorum Profelyti non erant census ejusdem. Quidam enim dicebantur profelyti *justitia*. *גֵּר צַדִּיק* & juxta *Rabbi Levi* Exod. 24. *גֵּרֵי בְּנֵי בְרִית* peregrini filij fæderis, & in *Avoda Sacra* c. 4. *גֵּרִים גֵּרִים גֵּרִים* profelyti tracti, *ἀυθόμαλοι* qui sponte sua legem Mosis receperunt, inde *justitiam* & *salutem* exspectantes. Hi tribus ceremoniis in Judæorum societatem recipiebantur. *בְּמִילָה* *circumcisione*. *בְּטַבִּילָה* *baptismo* & *קָרְבַּן* *sacrificio*. juxta traditionem *Rabbi Mosis Maimonidis* (qui docente *D. Seb. Schmidio* in Epistola ad *D. Jacobum Wellerum* Editioni tractatum Talmudicorum *Schabbas* & *Erubhin* præmissa, tantæ apud Judæos ubique autoritatis fuit, ut similis illi vix reperiat) *Judæi Cordubensis* in *ḥad chasaka* *הַלְכוֹת אִיסוּרֵי בֵּיאָה* Cap. XIII. ab init. Tom. I. fol. שלו fac. a. *בְּשֵׁלֶשֶׁה דְּבָרִים נִכְנָסוּ יִשְׂרָאֵל לְבְרִית בְּמִילָה. וְטַבִּילָה וְקָרְבַּן* *tribus rebus ingrediuntur Israelita in fœdus circumcissione, baptismo, & oblatione.* & paucis interjectis: *וְכֵן לְדוֹרוֹת כְּשִׁירְצָה הַגּוֹי. לִיכְנֵס לְבְרִית וְלִהְסְתּוֹפֵף תַּחַת כִּנְפֵי הַשְּׂכִינָה וַיִּקְבַּל עָלָיו עוֹל תּוֹרָה צָרִיךְ מִילָה וְטַבִּילָה וְהִרְצָאתָ קָרְבַּן וְאִם נִקְבָּה הוּא טַבִּילָה וְקָרְבַּן שֶׁנֶּאֱמַר כָּכֶם כִּגְר מָה אַתֶּם בְּמִילָה וְטַבִּילָה וְהִרְצָאתָ קָרְבַּן אִם הִגֵּר לְדוֹרוֹת בְּמִילָה וְטַבִּילָה וְהִרְצָאתָ קָרְבַּן וּמָה קָרְבַּן הַגֵּר עוֹלָת בְּהֵמָה*

או שתו תורים או שני בני יונה ושניהן ערלה ובזמן הזה שאין שם קרבן צריך מילה וטבילה וכשיבנה בית המקדש יביא קרבן *codem modo in generationibus* (ceteris comparatum est.) *quando voluerit Gentilis ingredi fœdus & hospitari sub alis præsentiæ divinæ, & susceperit in se jugum legis, opus est circumcissione, baptismo, & Korban. Si fœmina est, baptismo & Korban. quia dicitur: (Num. XV. 15.) quales vos talis peregrinus. quod vos estis per circumcissionem & baptismum & oblationem, etiam profelytus est secundum generationes per circumcissionem, & per baptismum & oblationem. Sed quid Korban (oblatio) profelyti? est Holocaustum jumentum vel duorum turturum vel duorum pullorum columba, & ambo isti (par alterutrius) est holocaustum (unum.) & hoc tempore, quo non datur Korban, opus est circumcissione & baptismo, quando verò edificata fuerit domus Sanctuarij, offeret Korban. plura adderem ex eodem Maimonide de prævio Profelytorum justitiæ examine, de privilegiis, tempore quo recipi consueverint aliisque nisi chartæ parcendum esset. qui opere hoc raro & pretioso destituitur, sitim satiabit lectione Disp. XIV. Pauli Slevogti in Illustri Salana Prof. P. de Profelytis Judaorum ad Math. XXIII. 15. vel Joh. Leusden. Dissert. XXI. Philol. Hebr. Mixti. & Johannis Seldeni de J. N. & G. l. II. c. 2. p. 135. & seq. vel Buxtorffij in Lex Talm. fol. 407. & Joh. Drusij de Sectis Judaicis l. 2. fol. 101. seq.*

§. XIIX. *Secunda Profelytorum classis erat גרי תושב Profelytorum inquilinorum.* cujus appellationis rationem dat Maimonides in הלכות איסורי ביאה Cap. XIV. fol. ש"ז fac. b. ולמה נקרא שמו תושב לפי שמותר לנו להושיבו בינינו & *quare vocatur nomen ejus inquilinus? quia licet nobis ut eum habitare faciamus inter nos in terra Israelis, vocantur etiam חסדי אמות העולם pij Gentiles Seculi, & צדיקי אמות העולם justii Gentiles Seculi.* vel גרי שער *profelyti portæ* ex Deutr. XXIV. 21. hi præeunte Hottingero Thesauro Philol. l. I. c. 1. sect. III. p. 19. vel sola abstinebant Idolatria. vel septem Noachidarum præcepta Buxtorffio fol. 409. Lex. Talm. è Tractatu Talmudico Sanedrin recensita observabant.

bant. de quibus pro instituti sui ratione egit Dn. D. Zenigra-
vius noster de Origine Juris Nat. art. 6. §. 38. p. 199. & de O-
rigine Jur. Gent. art. 1. §. 36. p. 53. 54. Notandus hic Schind-
lerus est, qui in Lexico Pentaglotto fol. 1530. rad צוה lit. D.
scribit hæc præcepta Noachica profelytis illis, qui legem re-
cipere & circumcidi volebant imposita fuisse. nolentibus enim
circumcidi dabantur non volentibus. Vestigia hujus Prose-
lytorum distinctionis è sacro codice accersit R. D. Kimchius in
Libro Radicum voce נור הוא הנכרי הגר בארץ ישראל
שקבל עליו שלא לעבוד עבודה זרה וכן ונמכר לגר תושב
וכן כל גר שהזכירה תורה שהוא גר בארץ ישראל הוא שקבל
עליו שלא לעבוד עבודה זרה ויש מהם שנתגייר מכל
ושנתיחד והוא הגר שהזכירה תורה על ענין המצו' כמו
האזרח והגר ולגר ולאזרח הארץ והגר הגר בתוכם לא יאכל
ille alienigena est profelytus (inquilinus) in terra Israelis,
qui in se suscepit (præceptum) quod nec serviturus sit Idololatriæ.
& sic (loquitur Moses Lev. XXV. 47.) ita ut vendatur pere-
grino (aut) inquilino. & hujusmodi profelytus est omnis ille,
de quo lex meminit, quod tanquam peregrinus in terra Israelis
susceperit in se, se nec servitutum esse Idololatriæ, datur vero
ex illis (alius quoq;) qui profelytus factus est & adjunctus ex
omni (qui legem universam in se suscepit) & hic ille profelytus
est, de quo lex mentionem facit juxta sensum præceptorum.
(eam sc. profelytis observandam esse.) e. gr. (Levit. XVI. 29.)
incola & peregrinus. (Numer. IX. 14.) tam peregrino quàm
indigenæ terræ. (Lev. XVII. 12.) peregrinus etiam peregri-
nans in medio vestri non comedet sanguinem. Rabbi Schele-
mo Iarchi ad Deutr. XXIV. 14. non opprimes mercenarium pau-
perem & egenum de fratribus tuis, או מגרך אשר בארץ
בשעריך aut de peregrino qui in terra tua, in portis tuis, ita
commentatur: זה גר צדק: בשעריך זה גר תושב
de perigrino tuo: hic est profelytus justitiæ. in
portis tuis: hic est profelytus inquilinus comedens morticinia.

§. XIX. Tertius Profelytorum ordo complectebatur
שכירים Mercenarios. qui inter inquilinos & Gentiles censentur
esse medij. Exod. XII. 45. שכיר & תושב

Rabbi Schelomo Jarchi ad תושב notat. *hic est profelytus inquilinus.* ad שכיר vero: *hic est Gentilis.* Sed R. Levi Barzelonita aliam Mercenarij definitionem tradit libr. Chin. p. 17. *שכיר הוא גר שמל ולא טבל שכן פירשו חכמים Mercenarius profelytus est circumciscus quidem, sed non baptisatus: sic enim interpretantur Sapientes (Rabbini nostri.) in qua quid desideret Leusdenius, videatur ipsius dissert. XXI. Philol. Hebr-mixt. p. 148. Hottingerus Thes. Phil. p. 19. intelligit mercenarios aut mechanicos peregrinos, die frembden Handwercks-Gesellen qui studio experientiae ducti cum judæis juxta leges præscriptas versabantur. Instituti nostri non est, è Rabbino- rum atque Philologorum commentariis de profelytis Judæo- rum plura afferre. adeat qui velit præter supra citatos è nostratibus D. Gerhard. Harmon. Evangel. parte II. Cap. CLVIII. p. 118. Pfeiffer Antiq. Hebr. C. I. p. 1. & seq. Christ. Gerson Talmud I. I. cap. 33. Wilhelm. Schickard. in משנת המלך seu de jure regio Hebraeorum. cap. V. edit. Argent. p. 126. è Romano-Catho- licis: Raymundi Martini Pugionem fidei fol. edit. Carpzov. 173. 177. 355. 356. 457. cum Joseph. de Voisin animadversionibus. è Reformatis: Joh. Christophorum Cartwrightum Eboracen- sem, in Electis Targumico-Rabbinicis sive Annotat. ad Exod. Londini 1653. excusis. Cap. XII. 19. p. 131. Joh. Lightfoot. horis Hebraicis & Talmudicis edit. Carpzov. ad Matth. III. 6. p. 222. Joh. Henricum Heidegger. de Libertate Christiana à Lege ci- baria veteri. Cap. VII. p. 82. 83. & seq.*

§. XX. Quæritur ergo hic: *ad quam Profelytorum classem Nethinei referendi sint?* respondemus, ut ordini se- cundo inquilinorum sive גרי תושב accenseamus, omissis aliis obstat Traditio R. Mosis Maimonidis, qui in supra citato opere *ʔad Chasaka* Tom. II. Hilcoth. בית בחירה Cap. VII. fol. ואין נותנין בתוכה מקום *non concedunt in medio (urbe Hierosolyma) locum (habitandi) Profelyto domiciliij.* Nethinæos autem, Hieroso- lymis domicilia quoque sua constituisse notum faciemus. *neq; tanquam Mercenarios, qui artis duntaxat cujusdam Mechani- cæ addiscendæ gratia patriam reliquerant, in Judæa habitasse, officij*

officij ratio mox proponenda ostendet. Superest ergo ut *Pro-*
selytis justitiæ annumeremus Gabaonitas, licet non omnibus
 forte gavisi fuerint bonorum temporalium privilegiis. Faten-
 tur siquidem *Jos. IX. 9.* se venisse: *propter nomen Jehova Dei*
Iehoschua. quid hoc aliud est, quàm propter religionem ce-
 remoniasque judæorum, & cultum universum suscipiendum
 se venisse? vide *Annotat. D. Sebast. Schmid.* ad *Gen. IV. 26.*
 ad quod divinitus famâ fuerunt excitati. nam pergunt: *quia*
audivimus famam ejus, scilicet omnia, quæ fecit in Ægypto:
ψ. 10. omnia etiam quæ fecit duobus Regibus Emoræi, qui trans
Jordanem (erant) Sichoni, Regi Cheschbonis, & Ogo Regi Ba-
schanis, qui in Astharoth. audiverant mirandam Jordanis tra-
 jectionem, mœniumq; Hierichuntinorum ruinam. quibus a-
 liisque manu quasi ad verum Dei Miraculorum istorum aucto-
 ris cultum ducebantur. *Et qui conservasset eos Jchoschua?*
 nisi, abjurata Gentilis Idolomania superstitione, sanam reli-
 gionem fuissent amplexi, cum non latuerit Principem optimum,
 quàm severè Cananæorum extinctionem, ne seducerent Israe-
 litas, demandaverit Deus Mofi *Exod. XXIII. 32. 33. XXXIV.*
12. 13. 14. 15. Deutr. VII. 2. 3. de qua re *Dn. D. Zentgravius* no-
 ster Dissertat. *Academica de Josua Hebræorum Principe* prout
 ubique solet, gravissimum tulit iudicium. §. 18. p. 20. *Nobis*
divinam quoad Gentes has dispositionem intuentibus certum est,
simplicem deditioem, juramento seposito, istas non fuisse ab in-
terneccione servaturam, nisi simul idololatriam, & scelerum
consuetudinem unâ deponerent. Unde licet *Josua & primores*
populi incautè ut loquitur Sander sonus juraverint, attamen cum
religionem veram sint amplexi, devotos exitio non amplius esse
colligere potuerunt, & quod ex materia incapacitate hoc nomine
non esset illicitum, ratum illud & servandum esse censuerunt.
 confer *D. Calov. Bibl. Illustrat.* ad *Jos. IX. 18.* fol. 671. Impri-
 mis verò *Augustinum* Tom. IV. Oper. *Quæst. super Josua* libr.
 VI. *Quæst. 13. & 14.* fol. Edit. Froben. 204. 205. Et hujus fidei
 suæ Timorisque ergà Deum luculentum specimen edidere,
 cum non ad privatam vindictam sed tantùm iram Dei expian-
 dam, pro intempestivâ suorum cæde à Saule illata, septem vi-
 ros de filiis ejus *Jehova suspendendos exposcerent.* ceu 2. Sam.
 XXI.

XXI. 6. videmus. ad quem locum B. D. *Seb. Schmidius* noster fol. 951. *Sed unde, inquis, tanta Gibeonitis pietas atq; sapientia? Resp. Gibeonita non erant religione Gentiles, sed in religione verà benè instituti: nam ministrabant sacris Jehovæ, hauriendo aquas & cadendo ligna, quod Idololatriis nunquam concessum fuisset, versabanturque semper cum Sacerdotibus, à quibus sine dubio probè eruditi sunt.*

§. XXI. Quæris porro: *num Gibeonita fuerint circumcisi?* respondeo. è modo dictis facile conjici, Eos sanctissimo religionis Judaicæ sacramento circumcissione scilicet initiatos fuisse. quoniam ad sacra Israelitica admitti cupiebant. id quod nemini nisi circumciso licitum fuit, ceu Exod. XII. 48. docemur. hinc nunquam satis celebratus D. *Seb. Schmidius* tractat de circumcis. part. II. c. 7. p. 479. *Israelita, inquit, circumcidi debebant sub comminationis periculo: (Gen. XVII. 14.) Si masculus præputiatus fuerit, nec circumciscus fuerit carnem præputij sui, excindetur anima illa è populis. At profelytus maledictioni non subjacebat, propter circumcissionem non usurpata: nisi contra præceptum divinum accederet ad sacra populi Israelitici non circumciscus.* ceterum de Gibeonitarum Religione legi meretur *Serarius* comment. in Jos. quæst. 7. fol. 205. seq. & *Cosmas Magallianus* Bracharensis è Soc. J. Theologus comment. in Jos. C. IX. fol. 326. ubi cultui veri Dei adscriptos esse dicit. *Nicol. de Lyra.* qui i. Par. IX. 2. *Eos ad Judæismum conversos fuisse pronunciat. Masius,* (aliter quam *Serario* videbatur sub init. quæst. 7.) *fidem sanctam, puramq; religionem Gibeonitis attribuens.* Tom. I. Crit. Sacror. Annot. ad Jos. fol. 1649. *Pelicanus* comment. in Jos. fol. XI. b. *fideles* vocat. *Georgius Hornius* annot. ad *Sulpicij Severi Presbyteri Historiam Sacr. l. i. p. 118. Gabaonitas suscepisse circumcissionem & Judæismum.* & *Brentius* noster comment. in Jos. fol. 58. *religionem veram agnovisse* testantur. Si consideremus porro, *Nethinæos* in officio suo sacro à *Davide* fuisse confirmatos. *peculiares urbes occupasse,* quis non à Gentilismi fecibus immunes pronunciat? neq; Sacerdotalis ordinis ceteri ad immunitatis regie Societatem admisissent *Nethinæos,* nisi eadem quoq; religione fuissent

fuissent

fuiſſent imbuti. memorabilis in hanc rem *Eſra* VII. 24. locus eſt, quo Perſarum Rex Artachſchaſchtha Sacerdotibus, Levitis, Cantoribus, Janitoribus, *Nethinais* & miniſtris domus Dei hujus *canonem, tributum, & vectigal imponi vetuiſſe legitur.* Rabbi *Schlomo Farhi* *Eſra* verba chaldaica ſic *מַעֲרָאֵי*. ולכם אנו מודיעים אשר כל הכהנים והלויים המשוררים והשוערים והנתינים שהם חוטבי ועצים ושואבי מים למזבח ועוברים בבית זה של הקבה לא ישלוט אדם עליהם להשליך עליהם מס וכסף גולגולות אלא יהיו בני חורין מעבודת המלך

Porrò vobis nos notum facientes sumus, quod in omnes Sacerdotes, Levitas, Cantores, Janitores & Nethinaos, qui sunt findentes ligna & haurientes aquam pro Altari, Ministrosque in Domo hac Sancti Benedicti Illius non dominetur ullus hominum, ut imponat illis tributum, vel argentum Capitationis, sed sint filij liberi à servitio Regis. Hinc Rabbini quoque, ubi Judæi rerum potiebantur, ejusmodi privilegia sibi arrogabant. prout *Buxtorffius* refert *Synagog. Judaic. Cap. 46. p. 672.* an verò *Bellarminus* exemptionem Clericorum ceu jure divino positivo legitimam convenienter ex hoc *Eſra* loco aſſerat, videatur *Danielis Chamieri Delphinatis Panſtratiæ Catholicæ supplementum* Tom. IV. l. 4. cap. XI. §. 6. 7. fol. m. 169. b.

§. XXII. Quæritur nunc quodnam Munus gesserint *Nethinai?* quibus officia sua præſtiterint? & quamdiu? à munere militari remotam *Nethinæorum* functionem fuiſſe quilibet cui Scripturæ loca curæ ſunt facile contra *Færſteri* *Lexicon* fol. 532. animadvertet. cum Regum fratres *Apanagiatos* *Nethinæorum* nomine ullibi venire neutiquam poſſit probari. neque illos tanquam *Arcis Ophelicæ* Custodes ſeditioſis pacis publicæ turbatoribus fuiſſe oppoſitos. Altera quoque muneris *Nethinæorum* poſteriorum deſcriptio, quam *Færſterus* loco citato attulit, juſto videtur eſſe latior. Deinde autem (inquiens) poſt Reges & reditum ex *Babylone* alij ita quoq; ſunt appellati, qui ſacerdotibus neceſſaria ſuppeditarent, à dando ſeu porrigendo nomen habentes. taceo activam nominis derivationem ſupra eliminatam eſſe. poſſet præterea alicui cum *Cofma Magaliano* comment. in *Jof. C. IX. ſect. II. v. 20. & 21.*

fol. 325. in mentem venire, quasi quodam *Parochorum* officio functi fuerint Nethinæi, non illorum quidem, qui alio vocabulo *παράνυμφοι* & *Νυμφόται*, *πάροχοι* verò vocantur monente *Guil. Budeo* comment. Ling. Græc. fol. 1223. *παρὰ τὸ παροχεῖσθαι καὶ συνοχεῖσθαι τοῖς Νυμφίοις καὶ ταῖς Νύμφαις*. h. e. eodem vehiculo *vehi*. de quibus *Julius Pollux Onomast.* l. III. c. 3. §. 4. fol. Edit. Seber. 137. 43. ὁ δὲ καλούμενος *Ἐρατύμοις*, *νυμφότης* ὀνομάζεται καὶ *πάροχος*. & *Suidas* in *πάροχος*: *πάροχος* ὁ ἀναβαίνων εἰς τὸ ἄρμα τὸ ζεύγος. *πάροχοι* λέγονται καὶ οἱ *παράνυμφοι*, Ἐρὰ τὸ παροχεῖσθαι τοῖς *Νυμφίοις*. ἐπ' ὀχήματι γὰρ τὰς *Νύμφας* ἦγον. *Parochus* est is proprie, qui conscendit in currum bijugum. *Parochi* etiam vocabantur *Paranymphi*, quia juxta sponsam sedebant. *Sponsas* enim in curru vehebant. nec non *Hesychius* in *Νυμφαγωγός* fol. 671. καλεῖται γὰρ *πάροχος* τῶν φίλων τις ὃς ἐπὶ τῷ ὀχήματι ἄρμα τῆς *Νύμφης* καὶ τῷ *Νυμφίῳ* ὀχεύεται ὅτιον *Ἐρατύμοις*. dicitur enim *Parochus Amicorum* aliquis, qui in curru unà cum sponsa & sponso vehitur instar *paranymphi*. neq; etiam eorum, quorum meminit *Horatius Flaccus* l. II. Sermon. Satyr. Eclog. VIII. ψ. 35.

vertere pallor

Tum parochi faciem nil sic metuentis, ut acres

Potores:

cum *Nasidienus* ipse convivator qui cœnam præbuit intelligatur. de quo confer *commentatorem veterem*, qui cum *Jacobi Cruquij* *Messenij* *Literarum* apud *Brugenses* *Professoris* enarrationibus & *Iani Douſæ* *Nordovicis* *commentariolo* prodiit *Lugd. Bat.* in *Quarto* 1597. & *Christophorum Landinum* *comment.* in *Q. Horat.* fol. 988. ad l. c. *Sed eorum*, de quibus *Horatius* *libr. I.* *serm. Satyr. Eclog. v.* sive ὀδοιπορικῶν ψ. 45. inquit:

Proxima Campano ponti quæ villula, tectum

Præbuit: & parochi, quæ debent ligna salemque.

horum enim cura fuit, legatis publicè missis vel peregrinis ligna & salem præbere aliaque necessaria juxta *Helenium Acronem* *comment.* ad *Horat.* fol. 312. & *Christoph. Landinum.* fol. 954. qui *parochos* hos ἐπὶ τῷ παρέχειν derivant. Verum enim verò *Parochi* illi vel *Xenoparochi* hospitibus multa præter ligna salemque necessaria alia suppeditare tenebantur.

Nethinæi

Nethinæi vero nostri sive Gabaonitæ ex decreto Jehoschuæ Principumque *lignis cadendis, & hauriendis aquis* duntaxat destinati erant. ceu *Ios. IX. 21. 23. 27.* ostendit phrasis. **מִטְבֵּי עֲצִים וּשְׂאֵבֵי מַיִם**, quam LXX. Interpretes permutarunt cum *ξυλοκόποι κὲ ὑδροφόροι.* quod officij genus circa sacra olim apud Romanos à Victimariis præstitum fuisse è *Rosini Antiquitatibus* conspicias l. III. c. 30. voce VICTIMARII fol. 316. ceterum aquam portare servile fuit. hinc *Athenæus.* ἔπειδὴ ὑδροφόροι τοῖς Ἀπειδαῖς ὡς κὲ Σπισίχορος φησὶν. ὠκτερε γὰρ αὐτῶν ὕδωρ δεῖ φορέοντα Διδὸς κῆρξ βασιλεῦσι. & facile est cogitatu multum sudoris atque molestiæ Nethinæos *vilioris obsequio ministerij*, ut cum *Divo Ambrosio* Mediolanensium præfule l. III. Offic. c. X. sub finem loquar, devoravisse.

§. XXIII. *Quibus* vero officia exhibuerint Nethinæi, non omnibus convenit. *Buxtorffius* in *Lex. Talmud.* fol. 1409. putat Nethinæos à *Iehosua in Castris toti populo adjunctos.* *A Davide deinceps in ministerium Levitarum consecratos fuisse.* cui adde *Ioh. Saubertum* de sacerdotio Ebræorum C. XI. fol. 662. & *Sulpicium Severum* Presbyterum. *Histor. Sacr.* l. I. p. 118. qui eo fine *Iosephum* (l. V. *Antiq. Jud.* Cap. I. f. m. 139.) eos *ἄνωσις* appellasse censet. *Sanctes Pagninus* Lucensis in suo **אֲוָצֵר לְשׁוֹן הַקֶּרֶשׁ** fol. 1526. in genere notat, quod **נְתִינָיִם** ceciderint ligna & hauserint aquas *filiis Israël.* *Schindlerus* in *Lexic. toti cætui quàm diu fuit in castris ante terræ divisionem, domui Dei templo exstructo* Nethinæorum servitia assignat. *cætui atq; aræ Dei mancipatos* vocat *Mafius* ad *Jos. IX. 26. 27.* T. I. *Crit. Sacror.* fol. 1650. cum *Drusio* fol. 1658. conferatur *L. Osiander* ad *Jos. IX. 23.* fol. 41. *Rabbi Moses Gerundensis* existimat, eos *cuiilibet è populo serviisse etiam post terræ partitionem.* Alij cum *B. Hieronymo* *Quæst. seu Tradit. Hebr.* in 1. *Paralip. IX. 2.* Tom. III. *Oper.* fol. 167. *Brentio* comment. in *Jos. C. IX.* fol. 59. *Fridlib. Theol. Exeget.* ad *Esr. II. 43.* fol. 509. *Calov.* ad *Jos. IX.* *Wagenfeil* in *Sota* fol. 45. *Menochio* de *Rep. Hebr.* fol. 118. *Sanctio* ad *Esd. 58.* fol. 43. *Estio* ad *Esr. II. 42.* 54. fol. 278. b. *Vatablo* ad *Esr. II. 43.* Tom. II. *Crit. Sacror.* fol. 284. &c. Nethinæorum officia *Negotiis tantummodo sacris* attribuunt.

§. XXIV. Hic maximè consultum erit locutiones SS. ad animum revocare. *Ios. IX. 21.* dicitur. ידיו וידיו חטבי עצים ושאבי מים לכל העדה *Vivant, sed facti (tamen) sunt cafores lignorum & haurientes aquas toti congregationi. & ψ. 23.* ועתה ארורים אתם ולא יכרת מכם עבר וחטבי עצים *quapropter maledicti vos (eritis) ita ut non excindatur ex vobis servus & cafores lignorum haurientes aquas Domui Dei mei.* qui Nethinæorum officia rebus duntaxat sacris admetiuntur, dicunt per לכל העדה *ψ. 21.* nihil aliud intelligi quàm לבית אלהי *vers. 23.* & עדה non denotare universam populi multitudinem, sed *conventum sacrum vel Ecclesiasticum.* Si Etymologiam Radicis ער consideremus, ערה significat istiusmodi cœtum, qui certo & prefixo quodam tempore convenit ad certam aliquam rem solenni ritu & publica autoritate constituendam. in quo etiam juxta *Eduardi Leigk Equitis & Aulæ Magdalænæ Oxonij Præpositi Crit. Sacr. fol. 166.* à קהל differt, quod hoc congregationem hominum non habentem certum tempus nec locum indictum denotet. Sed conventus iste non præcisè negotiorum sacrorum tractationem includit, populus ad res seculares expediendas conveniens etiam dicitur ערה. prout *B. D. Geierus* observat comment. in Psalm. CXI. *ψ. 1.* fol. Edit. post. 2083. prioris verò in quarto 727. adde *D. Seb. Schmidium* nostrum comment. ad *Jerem. VI. 18.* p. 231. imo accipitur pro promiscua populi multitudine. Unde *B. Lutherus* sæpe transtulit *gemeine Volk. Leute.* quid verò hic loci denotet versus 27. Cap. IX. indicat. ויתנם יהושע ביום ההוא חטבי עצים ושאבי מים לעדה ולמזבח יהוה עד היום *dedit inquam eos Jehoschua in die hoc, cafores lignorum & haurientes aquas congregationi; imprimis altari Jehova, usq; ad diem hunc ad locum quem electurus esset.* לעדה ולמזבח. ubi vox prior habet accentum distinctivum Athnach. qui impedit quominus vox posterior ἐξῆναι accipiatur, quasi congregatio idem esset ac altare. designat itaq; particula Vav in voce ולמזבח distinctum quid à priori לעדה ad minimum quoad Excellentiam. sicut *Versio Schmidiana* indicat per vocabulum *inprimis.* quo sensu occurrit *Ios. C. II. 1.* לכו ראו את הארץ ואת יריחו *ite videte terram inprimis Jerichuntem*

richuntem. & vocula καὶ Marc. XVI. 7. εἶπατε τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ καὶ τῷ Πέτρῳ *dicite discipulis ejus & Petro* i. e. in primis Petro. in quem locum egregiè commentatus est *Theophyl. Bulgariae* Archi-Episcopus fol. Edit. Paris. 289. A. B. τὸν Πέτρον χωρίζει ἀπὸ τῶν μαθητῶν, ὡς κορυθαῖον καὶ ἐξοχὴν αὐτὸν ὀνομάζων ἐκείνων, ἢ ἐπειδὴ ἠρνήσατο ὁ Πέτρος, εἰς τὸν ἦλθον καὶ εἶπον αἱ γυναῖκες, ὅτι ἀρετὴ ἀγαθὴν εἶπεν τοῖς μαθηταῖς. εἶπεν ἄν ὁ Πέτρος. ἐγὼ ἠρνήσάμην. λοιπὸν μαθητὴς αὐτοῦ ἔκ εἰμί. ἀπέβαλον ἔν ἐμέ. ἐβδελύξατό με, ἵνα ἔν ἐνεκεν ἀρετῆς τὸ καὶ τῷ Πέτρῳ, ἵνα μὴ σκανδαλιθῆ ὁ Πέτρος, ὡς αὐτὸς μὴ λόγῳ ἀξιωθεῖς δια ἠρνήσασθαι. καὶ διὰ τὸ το μὴ δὲ συντάττειν τοῖς μαθηταῖς ἀξιοῦσθαι ὄν. *Petrum ab aliis discipulis ut precipuum segregat ac ob excellentiam nominat illum pra aliis, vel quia negaverat Petrus: si venissent mulieres & dixissent, quod praeceptum esset eis ut annuntiarent discipulis, dixisset Petrus, Ego negavi eum, jam non sum illius Discipulus, abjecit igitur me, abominatus est me. Illius igitur gratia apponit & Petro, ut ne offendatur Petrus, tanquam Ipsius non sit habitatio, utpote qui negarit, & propterea indignus sit, qui aliis discipulis connumeretur.* adhibeatur quoque Canon. III. libr. III. tract. 7. *Philologiae Glassianae* p. m. 803. edit. verò veteris 589. primaria itaque Gibeonitarum vel Nethinæorum functio circa ministerium rerum sacrarum, Altaris sc. sive sacrificiorum versabatur. ad quod postmodum solenni Davidis edicto Esr. VIII. 20. solitariè fuerunt auctorati. Edicto verò Josuano ad minimum per tempus aliquod dum in Castris vivebat, populo universo servitia sua ligna cædendo ac hauriendo aquam exhibere tenebantur.

§. XXV. *Atqui ob festum ξυλοφορίων multum laboris forte Nethinæis decedebat.* in isto enim secundum *Joseph. L. II. de Bello Judaico* Cap. XXX. fol. 8II. B. πᾶσιν ἔδωκε ὑλην τῷ βωμῷ ἀναφέρειν, ὅπως μὴ ποτε τροφὴ τῷ πυρὶ λίποιτο, διαμένει γὰρ ἀσβεστον αἰεὶ. *mos est omnibus materiam ad altare congerere, ne unquam esca deficiat igni, semper enim inextinguibilis perseverat.* Hoc festum olim habebatur die 22 Mensis Ecclesiastici quinti sive politici Undecimi καὶ dicti quasi pater à fecunditate & pubertate vel etiam à præstantia & excessu caloris, prout *Excell.*

Dom. *Julius Reicheltus* noster differt. *Academica de Astronomia Hebraeorum imprimis autem Biblica* 1660. 29 Mart. sub *praesidio Scheidiano* solenniter defensa p. 27. §. 45. explicuit. Unde etiam mensis ille Julio nostro ferè respondens (referente *R. Jacob filio R. Ascher* in magnæ autoritatis libro **ארבע טורים** *Arba Turim* sive *quatuor ordines* appellato, parte prima **אורח חיים** *Orach chajim*, *Via vite.* excus. venetiis apud *Bomberg.* anno 282. i. e. 1522.) **מלך** nomen accepit. quia scilicet in eo erant cædentes signa ad oblationem. menses etenim festum diem complectentes **מלכים** *Reges* vocabantur. Festi hujus origo à quibusdam ad tempora *Nehemiæ* refertur, cum enim novum cum Deo fædus inirent *Judæi*, dixerunt *Nehem.* X. 34. & juxta *Clod.* 35. **והגרלות הפלנו על קרבן העצים** *והכהנים הלויים והעם להביא לבית אלהינו לבית אבותינו לעתים מזמנים שנה בשנה לבער על מזבח יהוה אלהינו ככתוב בתורה* *sortesq; jecimus super oblatione lignorum, Sacerdotes, Levita, & populus, ad adducendum domum Dei nostri, juxta domos Patrum nostrorum ad tempora destinata, singulis annis: ad accendendum super altari Jehova Dei nostri secundum quod scriptum (est) in lege (Lev. VI. 5.) ubi LXX. Interpretes על קרבן העצים verterunt per *ἐπὶ κλήσιν ξυλοφοοείας.* Cum igitur *lignorum ferundorum die*, ligna omnes ferrent. quærit *Serrarius* quæst. XVIII. fol. 214. ubi erant & quid agebant *Gabaonita*? An sponte his *lignariam servitutem* ademit *populus*? an ob valde imminutum eorum à *Saule* numerum 2. *Reg.* 21. An ob majorem quandam & abundantiosem illati eis detrimenti compensationem? An ea *populi religio ac pietas* fuit, ut *preclarum ducerent, sibiq; ipsis ultro deposcerent, ad Dei venerationem & publicam altaris liturgiam vile alioquin & contemptum calorum munus*? An vero potius *populus*, prout cuique *sors obtigerat, aut eum stimulabat devotio; ligna e suis aut Sylvis aut sylvarum portionibus designabat, aut ex alienis coemebat, quæ Deo tunc, stantia quidem & nondum casa offerret, ea verò Gabaonita postea caderent, & ad Templum deportarent*? Sic enim & *populi mos & Gabaonitarum obsequium* coherent optime. verum non optime coherent. mos enim *populi* fuit *convehere ligna**

ligna

ligna vel *comportare non destinare* tantum. dicimus itaque: Laboriosam Nethinæorum functionem festo ξυλοφοέας *quandantenus imminutam fuisse, non tamen cessasse prorsus.* cum Josephus memoret πᾶσιν ἔδοξε εἶναι προσφέρειν ὕλην omnibus mos est ligna conferre. E. etiam Nethinæis. deinde Festum ξυλοφορίων aeterno igni alendo destinatum erat, uti ex citato Lev. VI. 5. patet. Sed major multo imò incredibilis lignorum copia pro tot sacrificiorum myriadibus requirebatur. *tertio*, in festivitate populus licet congesserit ligna ad templum, Nethinæorum tamen fuit ea *in atrium interius & ad templi culinas deferre.* *quarto*, Nethinæorum officium non tantum in portandis lignis, sed & *hauriendis afferendisq; aquis consistebat.* conferantur Menochius de Republ. Hebræor. l. II. c. 4. fol. 119. & Calov. Bibl. Illustrat. ad Jos. IX. 21. fol. 672. a.

§. XXVI. Quæritur insuper, an Nethinæorum servitus cessaverit ob Piscinam probaticam vulgo dictam & fontem perennis aquæ? respondetur de duobus locis distinctè agendum esse. de lacu isto *Piscina probatica* appellato agitur Joh. V. 2. quem Theophylactus comment. in Joh. fol. 623. sic legit. ἔστι δὲ ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις περὶ βατικὴν κολυμβήθρα ἢ ὀπιλεγμένη ἐβραϊστὶ Βηθσαιδᾶ, πέντε στοάς ἔχουσα. *Est autem Hierosolymis probatica piscina: quæ cognominatur hebraicè Bethsaida, quinque porticus habens.* rationem appellationis reddit hanc: περὶ βατικὴ δὲ ἐλέγετο ἢ κολυμβήθρα, διότι τὰ πρὸς δυσίαν περὶ βατα ἐκεῖ συνήγετο, καὶ τὰ ἔγκλινα αὐτῶν ἐπλύνοντο ἐκεῖ. *probatica autem dicebatur piscina, eò quod oves illic ad sacrificium congregabantur, & intestina eorum abluebantur.* Codex verò Parisiensis à Roberto Stephano παλαιστάτοις ἐκκαίδεκα αὐτογράφοις ὡς οἶον ὀπιμείλιτα cum vetustissimis sedecim scriptis exemplaribus, quanta maxima potuit cura & diligentia, ut præfatio habet, collatus emissusq; ita profert: ἔστι δὲ ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις ὀπι τῆς περὶ βατικῆς κολυμβήθρας ἢ ὀπιλεγμένη ἐβραϊστὶ Βηθσαιδᾶ, πέντε στοάς ἔχουσα. quam lectionem B. Dn. D. Seb. Schmidius noster secutus sic vertit. *Est autem in Hierosolymis juxta Probaticam (ovilem) lacus, quæ cognominatur hebraicè Bethesda (h. e. domus misericordiæ) quinque Stoaas habens, ita ut probatica & κολυμβήθρα distinguantur.*

quantur.

quantur. & per probaticam intelligatur porta Hierosolymitana hebraicè **בית הגר** *porta Gregis*. à *Sept. Interpr.* **πόλη προβατικὴ** *Neh. III. 1. 32.* dicta **ἀπὸ τῶν Προβάτων** ab ovibus, *vel quod prope eam forum & stabula ovium imprimis in usum sacrificiorum fuerunt*, juxta *D. Seb. Schmid.* Paraphr. in Joh. p. 49. *vel quia oves immolandæ per eam adducebantur Templo vicinam, aut oves mittebantur in pastum, ut Maldonatus opinatur comment. in Joh. C. V. 2. fol. 280. a.* & quamvis alij aliter legant, prout apud citatum modò *Maldonatum S. J. Theologum* comment. in Joh. fol. 279. videre est, varietq; vox altera, dum vel **ביתאשדה** *Bethesda domus effusionis*, vel **בית עדרה** *Bethsedra, domus Gregis*, vel juxtà *Syrum Paraphrastem*, quod à *Luthero & Schmidio* præfertur, **בית חסדא** *domus misericordiae sive Benignitatis*, habeant, de quo legi meretur *D. Polycarpus Lyserus Harmon. Evangel. Cap. XLV. fol. m. 164. & 165.* nos id tantum animadvertimus, juxta omnium, quorum scripta consulere datum erat, autorum sententiam hîc **κολυμβήθρα** etiam *aquarum receptaculum quoddam denotare sive locum à natantibus abluentibusq; frequentatum* **ἀπὸ τῆς κολυμβᾶς**, quod idem est ac **νέω, νήχομαι**, *nato, abluo.* in quem sensum *Paraphrastes Syrus* transtulit *Joh. V. 2.* **דוכתו חדו דמעמודיתו** *ducho chedo demamuditho, locum quendam ablutionis.* ab **דכו** dictum, quod apud Arabes Syrosque *tingere* significat, *baptizare.* prout conjugata à *Mart. Trostio Lex. Syriaco f. 489.* allata testantur. Unde (cum *Petrus Comestor Histor. Evang. cap. 81.* scribat: *Nathineos lavare hostias solitos in piscina hac.* item in *libr. 3. Reg. cap. 19.* *Nathinæi prius lavabant membra hostiarum in piscina probatica, & lota tradebant sacerdotibus.* nec dissimilia legantur apud *Borchardum* i. parte cap. 7. §. 43. & *Adrichomium* in descriptione *Jerusalem* §. 62. teste *Sebastiano Barradio Olisiponensi Soc. J. Doctore Theologo & in Eborensi Academia quondam Sacr. lit. Professore, commentar. in Concord. & Histor. Evangel. libr. VI. Cap. I. fol. 358. b.* licet alij cum *Abulensi 3. Reg. 7. quæst. 15.* negent *Hostiarum ablutionem ad Nathinæos pertinuisse Hieronymi* forte autoritate moti, qui *Tom. III. Oper. de locis Hebraicis* sub finem literæ *B.* fol. 181. a. dicit:

Bethesda,

Bethesda, piscina in Hierusalem quae vocabatur *βεθσαιμ* & a nobis interpretari potest pecualis. haec quinque quondam porticus habuit, ostendunturq; gemini lacus, quorum unus hybernis pluviis adimpleri solet, alter mirum in modum rubens, quasi cruentis aquis, antiqui in se operis signa testatur. nam hostias in eo lavari à Sacerdotibus solitas ferunt, unde & nomen accepit.) quæreret aliquis? Num Nethinaeorum opera vel pro hostiis abluendis vel pro aquis afferendis opus fuerit ob lacus istius propinquitatem ad radices montis Moriia siti? & annon ideo cessaverit potius eorum ministerium?

§. XXVII. Alterum dubium è fonte perennis aqua subnascitur, cujus mentio fit apud C. Corn. Tacitum Histor. V. 12, 1. circa descriptionem Hierosolymæ. qui utrum idem cum *κρήνη Ἀρχιερέως* fonte summi Sacerdotis, de quo agit Eusebius Pamphili Præparat. Evangel. l. IX. Cap. 37. fol. m. 453. divinando assequi non possum. à priori, quem eodem Cap. refert ex Philone Eusebius diversus esse facile judicatur. cum ille fons perennis aqua vocetur à Tacito, hic verò dicatur *ἐν τῷ χειμῶνι ξηραίνεσθαι, ἐν δὲ τῷ θερεὶ πληρῶσθαι*. hyeme arefcere, ac rursus æstate ubertim fluere. hinc eadem emergit quæstio. an non Nethinæi ob fontem istum perennis aquæ ab aqua portanda officio fuerint liberati? respondemus: Tacitum fontem hunc non in Templo collocare, at circa descriptionem urbis Hierosolymitanæ, ejus duntaxat memoriam inire. Sacra Scriptura ad minimum ejusmodi fontem tacet. Sed ponamus in Templi vicinia fuisse fontem. quis non intelligit? plus tantum commodi vel minus molestiæ, Nethinæos ex propinquitate tam lacus istius Piscina Probatica vel Bethesda dicti, quam fontis perennis aquæ, non verò plenariam à labore omni vacationem habuisse. maxima quippe aquarum copia ad implendas Conchas, ad pavimenta quoque & Templi macella eluenda requirebatur. quarum apparatus in bajulos istos sacros redundabat.

§. XXIX. *Quamdiu Nethinaeorum servitus duraverit*, in Scriptura S. præcisè definitum non est. ex ultimo Cap. IX. Josuani versu videtur *ultra Templi Hierosolymitani destructionem officium eorum extendendum non esse*. illud enim per

E

המקום

המקום אשר יבחר *locum quem (Deus) electurus esset*, intelligi ex 2. Chron. VII. 12. inclarescere arbitror, ubi Jehova Schelomoni Regi apparens noctu dixit de Templo Hierosolymitano loquens: בחרתי במקום הזה לי לבית זבח *Elegi locum hunc mihi in domum sacrificij*. Atqui, obvertis, ad *Ambrosij usque aetatem* continuata Nethinæorum functio est. quippe qui libr. III. offic. c. 10. sub finem p. edit. Bœcler. 392. inquit: *Mulctavit eos (Gibeonitas Josua) vilioris obsequio ministerij, clementior sententia, sed diuturnior. manet enim officiis pœna veteris astutiae hæreditario in hunc diem ministerio deputata.* Ambrosius autem electus ex Insubriæ & Liguria Præside Episcopus Mediolanensis notante *B. D. Bebelio* Avunculo meo Tom. I. Sec. IV. Antiq. Eccles. p. 11. circa annum Christi 374 floruisse, Vitâ vero juxta Baroniij calculum 397 functus fuisse putatur. de quo confer elegantem tractationem *Elie du Pin* Doctoris Sorbonici, Regiique in Academia Parisiensi Professoris. dans sa nouvelle *Bibliothèque des Auteurs Ecclesiastiques* partie II. du Tome second des Auteurs du quatrieme Siecle de l'Eglise. p. edit. Paris. in 8^{vo}. 739. inprimis, quæ notis habetur p. 870. Verum Phrasis Ambrosiana *in hunc diem* scriptum potius Josuanum *κατὰ μύμησον* quàm tempus quo vivebat Pater, respicere videtur. adde *Serarium* ad Jos. IX. Quæst. 15. p. 212. sub finem.

§. XXIX. Ceterum quo gradu honoris aestimati olim fuerint Nethinai, è Rabbi Mose Ben Maimon discas הלכות מתנות היות לפנינו עניים הרבה או שבויים Hilcoth Mithnoth Ainiim cap. 8. sub finem Tom. II. Oper. fol. תנח fac. a. היות לפנינו עניים הרבה ואין בכיס כדי לפרנס או כדי לכסות או כדי לפדות את כולן מקדימין את הכהן ללוי וללוי לישראל וישראל לחלל וחלל לשתוקי ושתוקי לאסופי ואסופי לממזר וממזר לנתין ונתין לגר שהנתין גדול עמו בקדושה וגר קודם לעבד *si versantur coram nobis pauperes multi, vel captivi multi, & non est in loculo (quod sufficiat) sive ad nutriendum sive ad vestiendum vel ad liberandum omnes, præferunt Sacerdotem Levitæ, & Levitam Israëlita, & Israëlitam profano, & profanum ex incerto patre nato, ex incerto patre natum exposito, expositum Mamseri (è turpi coitu progenito) Mamserem Nethinæo, & Nethinæum profelyto, Nethinæus*

Nethinaus enim magni fit apud nos ob sanctitatem. Et profelytus prior est seruo manumisso, quia hic fuit prorsus maledictus. nisi ad finem properaremus, adderentur plura ex Horajoth Jeruschalmi. fol. 48. col. 2. cui verò libri copia non est, inspiciat textum Talmudicum apud Wagenfeil in Sota. p. 568. & 569. cum Versione Lighthfootiana Horis Hebraic. in Evangel. Matth. C. XXIII. v. 14. p. edit. Carpzov. 429. conferat etiam Selden. de Jure Nat. & Gent. L. VI. cap. 19. p. 819. Lundinumque libr. IV. cap. 7. de Gibeonitis §. 8. fol. 759. a.

§. XXX. Circa *Nethinaeorum connubia* quæritur, *utrum Illi cum veris Israelitis matrimonio jungi potuerint?* pro negativa Rabbini duo decreta afferunt, temporarium alterum à Jehoschua, alterum verò perpetuum à Davide promulgatum. ceu patet è *Mose Maimonide Hilcoth ביאה איסורי* Cap. XII. sub finem. fol. שלו fac. a. Tom. I. Oper.

והושע גזר עליהם שיהיו אסורים לבא בקהל אחד זכרי ואחד נקבות ולא אסר אותם אלא בזמן שיש מקדש שנאמר ודוטבי עצים ושואבי מים לבית אלהי תלה הרחקתם במקדש והם הנקראים נתינים לפי שנתנם לעבודת המקדש באדוד וגזר עליהם שלא יכנסו בקהל לעולם ואפילו בזמן שאין מקדש וכן מפורש בעזרא ומן הנתינים שנתן דוד והשרים לעבודת *Jehoschua decrevit super eos (Gibeonitas) ut vetarentur introire in cœtum (per matrimonium) tam mares quam foemina. Sed non prohibuit eis (matrimonia) nisi tempore Sanctuarij. quia dicitur (Jos. IX. 23.) & cæsores lignorum & haurientes aquas domui Dei mei, suspendit elongationem eorum à Sanctuario. Et vocantur נתינים quia dedit eos ad servitia sanctuarij. venit David Et decrevit super eos, ne introirent in cœtum in aeternum etiam eo tempore quo non futurum esset Sanctuarium, Et sic exponitur in Esra. (VIII. 20.) At de Nethinæis quos dedit David & Principes ad ministerium Levitarum. Ecce discis quod non suspenderit eos à templo. (interdictum Templi existentiam non involvere) quibus paria leguntur in codice MS. Ez Hechajim in Hilchot Nidda C. X. apud Wagenfeil in Sota fol. 145. Hæc Rabbino- rum placita, cum Sacræ Scripturæ neutiquam adversentur, in controversiam non vocabimus, imprimis quia ex cap. 21. post. Samuelis constat, Gibeonitas tempore Davidis peculiarem ad-*

huc nationem constituisse, quod in promiscuè matrimonia contrahendi licentia fieri non potuisset. rationem vero impugno, cujus intuitu Doctores Talmudici, ceu præter allegatos modò *Maimonidis* & *Ez chajim* commentarios Ipsa Massechet l. *Jebammoth* C. 8. Seder III. *Naschim* fol. *ny* fac. b. testatur, id asserant. *ob crudelitatem scilicet illam*, quâ haud aliter quam septem filiorum Saulis suspendio placari poterant *Gibeonitæ*. Hos enim non crudelitatis cujusdam sed zeli *py* pro obtinenda iræ divinæ expiatione stimulo impulsos suspendium septem filiorum Saulis postulasse, prout supra è *B. D. Schmidio* nostro comment. ad 2. Sam. XXI. 4. 5. 6. p. 951. probavimus, haud dubiè sapientissimum religiosissimumq; Principem Davidem minimè latuit. quî itaq; causa hæc ad condendam de matrimonio cum *Israëlitis* non ineundo prohibitionem illum movisset? nec majorem applausum meretur inaudita *Jacobi Boulduc* de Eccles. ante legem l. 1. c. 5. sententia. quâ *Josephum S. Mariae Sponsum* è *Nethinæorum Gente* prodiisse affirmat apud *Selden.* de J. N. & G. libr. V. c. 14. p. 647. quid *Matthæi* Cap. I. v. 1. & 16. magis contrarium? ubi Genealogia *Josephi* è stirpe *Abrahami* atque *Davidis* deducitur. & *Matth.* l. 20. ab Angelo vocatur *Ἰωσήφ υἱὸς Δαβὶδ* filius *Davidis*. & *Luc.* II. 4. memoratur fuisse ἐξ οἴκου Πατριᾶς Δαβὶδ. ex domo & familia *Davidis*. *Abrahamum* vero & *Davidem* è *Nethinæorum* sive *Gibeonitarum* stirpe generatos fuisse nemini unquam vel per somnium in mentem venit.

§. XXXI. Nunc etiam videndum est, quo loco habitaverint *Nethinei*? Ostendimus supra primariam *Gibeonitarum* functionem in præstandis officiis sacris constitisse. Tentorium verò *Conventus* primùm in *Castris Galgalais* *Jos.* IV. 19. per 14 annos juxta l'Empereur ad *Middot* & *Buxtorff.* c. 20. hist. *Arcae fœderis*. postea *Schilunte* *Jos.* XIIIX. 1. toto tempore *Judicium* 1. *Sam.* IV. 3. per aliquot secula. uti apud *Lundium* videre est *L. I. C.* 39. fol. 222. deinde *Nobe* 1. *Sam.* XXI. 2. 7. tum *Gabaone* 2. *chron.* l. 3. ætate *Samuelis*, *Saulis* atque *Davidis* usque ad annum undecimum *Salomonis*. 1. *Reg.* VI. 37. 38. quod nonaginta ferè annos conficit, erigebatur. putant itaq; nonnulli, *Gabaonitas* cum *Tentorio* *conventus* habitandi quoque locum commutasse, donec *Templum Hierosolymis* erigeretur. Sed,

Sed,

Sed tantam hominum multitudinem, quantam complectebatur Gabaon cum urbibus suis, in unum oppidum imo in ipsam Hierosolymam præter inquilinos compingi potuisse, jure quis dubitaret. Hinc *Abulensis* quæst. 44. 45. 46. apud *Serarium* Quæst. XVI. comment. in Cap. IX. fol. 213. Gabaonitas in antiquis suis urbibus relictos & per vices ad obsequij sui functionem in loco Altaris obeundam profectos esse contendit. Sed *obstat* Jos. XIIIX. 25. ubi Gabaon in tribum Benjamin cecidisse memoratur. & Cap. XXI. 17. urbem postea sacerdotalem factam fuisse legimus. verum *ante terra divisionem* Gabaonitas fœdere jam inito urbes suas adhuc occupasse ex bello patet, quo Rex Hierosolymæ Adonizedek ceterorum Regum Emoræorum opibus fretus Gabaonem oppugnatum venit. cujus incolis Josua vi fœderis auxilio proficiscens hostes magna clade affecit. uti Cap. X. Josuæ luculenter prodit. *post terra divisionem* verò Gabaonitas sive Nethinæos cum Sacerdotibus Levitisque suas urbes habuisse ex 1. Paral. IX. 2. Esr. II. 70. Nehem. VII. 73. XI. 3. constare putamus. Non pauci quoque *Hierosolymis* in loco *Ophel* dicto, ubi *Nethinæorum domus* fuerat Templo propinqua habitaverunt, ceu Nehem. III. 26. & XI. 21. patet.

§. XXXII. De hoc *Ophel* Nethinæorum habitationis loco peculiari capite VII. *Villapandus* egit Apparatu Urbis ac Templi parte I. libr. II. fol. 83. Sed confusè & dubitanter, imo sæpius præter veritatem. Statim in principio capitis scribit. *eam vocem Hebraicam esse in confesso est apud omnes; neq̄ valde obscurum est à* *לפח* *ghaphal* *hebraica radice deduci לפח* *ghophel* *quæ sine dubio locum significat obscurum, nebulosum.* Lingua hebræa caret radice *לפח* *ghaphal.* & *לפח* per y cum *לפח* per n confunditur, quod etiam à *Chaldeo* factum. qui 2. Reg. V. 24. verba textus *לפח* *לפח* *לפח* *לפח* transtulit *לפח* *לפח* & venit ad locum absconditum. & à LXXII. *Græcis Interpretibus.* dum pro *לפח* *Michæ* IV. 8. *ἀρχαῖος* poluere, quam *Cornel.* à *Lapide* comment. ad loc. *Michæ* fol. 455. quadrupliciter vertit. primo *caliginosus* & *opacus.* secundo *squalens.* quæ duo habet *S. Hieronymus.* tertio *aridus.* quarto *sitiens vel siticulosus.* quæ enim *arida sunt, sunt pariter squalentia, siticulosa* & *opaca.*

confer Hieronym. ad Esaj. XXXII. 14. *לפך & נהן* Tom. V. O-
per. fol. 115. C. & postea lit. E. dicit Villalpandus: *omnes con-*
venire voce hac significari locum obscurum & tenebrosum. quod
falsum est. fol. 85. lit. E. hæc habet: *quare dicendum omnino*
videtur, Ophel locum fuisse, seu pagum humilem, & deservi-
entium templo Nathinaorum habitationem, ad orientale templi
latus in radice montis Moria juxta torrentem Cedron. qui locus,
Ophel, hoc est, obscurus dicebatur, quod illi templum immensa
celsitudinis immineret. Cap. XXIII. parte I. libr. III. fol. 207. ex
Ophel ergastulum facit Villalpandus, *quare cum servos audia-*
mus Gabaonitas (qui lidem Nathinai dicebantur) ad aqua &
lignorum comportationem destinatos, eorumque propriam habi-
tationem Ophelem fuisse; si conjiciamus ea quæ à Justo Lipsio (libr.
2. Elect. c. 15) de ergastulis eruditè satis collecta sunt, ergastuli
quoddam genus Ophelem fuisse facile intelligemus. recipimus
enim quam ipse adfert, ergastuli definitionem & etymon. Erga-
stulum τὸ πρὸ ἐν ᾧ οἱ δεσμῶνται ἐργάζονται. locus in quo vincti ope-
rantur. & fol. 208. nulla alia in re à Romanorum ergastulis O-
phelem diversum fuisse cognoscemus quam quod illis vincti, Ophel
tantummodo inclusi detinerentur. Joannes Forsterus pro solita
autoritate Dictionar. fol. 612. vocem *לפך* exponit, quod fue-
rit locus intra scopulos seu montes angustus, transitus seu mea-
tus arctus, per quem contendere oportet. Et quia ejusmodi loca
apta erant, quibus hostium incursiones arcerentur, turres seu ar-
ces super exstruebant, ut in his collocarent præsidia. Græci ejus-
modi loca *πύλας*, Latini fauces, Itali & post eos Germani clau-
sas appellant. hinc Forsterus è Nethinæis præsidarios milites
constituit qui Regis fratres fuerunt. fol. 532. ad vocem *נתינים*.
Adrichomius apud Cornel. à Lapide comment. ad Mich. IV. 8.
fol. 454. b. Ophel Nethinæorum sic describit. *Ophel, quam*
Josephus Ophlam nominat (l. 6. de bello Judaico cap. IV. in Græ-
co-latino verò VI. fol. 913.) erat turris enormi altitudine quasi
nubi caput inserens; atq; arx munita firmo muro cinctâ, templo
propinqua; extra murum tamen, qui habitationem Sacerdotum
claudebat, in hujus muro Joathan rex multa construxit: atq;
Manasses eousq; urbis muros reparavit. in hac habitabant Na-
thinai. in hanc fugiens Manabem tyrannus captus est, & occisus,
hanc

hanc tandem Titi milites combusserunt. pro loco edito, turri; vel munimento militant quoque *Interpretes Hebraei.* sic enim *Kimchi* in ספר השרשים sive libro *Radicum* ad locum *Esaj.* XXXII. 14. עפל ובחן & *Michæ* IV. 8. עפל בת ציון & 2. *Chron.* XXXIII. 14. וסנב לעפל וינביה מאד & 2. *Chron.* XXVII. 3. ובחומת העפל בנה לרב notat. *locus altus* & *munitio* & ad 2. *Reg.* V. 24. ויבא אל העפל ויקח מידם. *verum cum venit in Ophel, sumpsit è manu eorum, ac reposuit in domo.* hæc habet: או פירוש למקום גבוה הר או גבעה חוץ לעיר והפקיד בבית שהיה שם הכסף וחליפות השמלות *exponitur: ad locum editum, montem vel collem extra urbem, & reposuit in domo qua fuit ibi argentum & mutationes vestium.* adde comment. in h. l. Et *Rabbi David Kimchium* ad *Es.* XXXII. 14. & *Rabbi Levi Ben Gerschom* cum *Abarbanele* ad 2. *Reg.* V. 24. עופל ובחן: *turres excelsæ fortesq; fuerunt.* & ad *Michæ* IV. 8. כי עופל כמו מגדל. *quia vox עופל idem est ac מגדל turris.* allegato *Esajæ* loco. confer *Aben-Efram* ad *Es.* XXXII. 14. עופל: מקום שהיה גבוה: *Ophel fuit locus excelsus ex significatione vocis ויעפילו.* quæ habetur *Num.* XIV. 44. & ad *Nehem.* III. 26. *Ophel* exponit *munitionem excelsam.* *Rabbi Schelomo Jarchi* ad *Neh.* l. c. *Ophel* pro *vico sive platea* habet, sic commentans: הנתונים היו יושבים באותו מחוז והיו בונים אותו מחוז שלהם שהיה סמוך לחומה עד נגר שער המים של זר המזרח *Nethinai habitaverunt in isto vico & adificaverunt istum vicum suum, qui conjunctus erat muro è regione porta aquarum versus latus orientale.*

§. XXXIII. En Lector benevole varias tam Christianorum quàm Judæorum Interpretum expositiones. nostram paucis tradituri sumus. Vocem Hebraicam עפל *locum elatum, montem sive clivum* denotare patet ex *Esaj.* XXXII. 14. ubi cum בחן specula tanquam *ὄψις* conjungitur. verba præterea inde derivata notant *elationem moralem, superbiam,* unde videmus modò *Aben-Efram* in loci *Esajani* explicatione significationem עפל ex conjugata voce ויעפילו depromere *Num.* XIV. 44. quam *B. D. Seb. Schmidius* noster transtulit: *nihilominus erexerunt se.* & *Habac.* II. 4. עפלה *idem* vertit *efferet se.* & עפל per *clivum* *Nehem.*

Nehem. III. 26. 27. & commentar. in libr. 2. Reg. V. 24. p. 188. cum *Buxtorffio* & *Ludovico Thomassino* Oratorij Presbytero in Glossario Universali Hebraico, in quo ad Hebraicæ Linguæ fontes Linguæ & dialecti fere omnes examinantur. fol. 729. voce *חַי*. duo vero clivi speciatim hoc nomine *חַי* in S. S. indigentur. alter in conterminis *Israëlis* & *Syria*, ad quem *Gechasi* servus *Elischæ* à *Naamane* Exercitus Syriaci principe dona accepit 2. Reg. V. 24. alter *Hierosolymis*, de quo nunc agimus, in quo *Nethinæi* habitaverunt. Locum hunc muros habuisse excelsasq; substructiones cum ex *Nehem. III. 27.* ubi *חַי מִתּוֹךְ הַמּוֹר* muri collis *Ophel* dicti mentio fit tum ex 2. Chron. XXVII. 3. & XXXIII. 14. clarescit. de Situ *Ophel* *Nethinæorum* sedis affirmat scriptura illum ad portam aquarum versus ortum & turrim exeuntem protensum fuisse. *Nehem. III. 26.* è regione portæ *מִיִּפְקָד* *Miphkad*. v. 31. quæ *Judicij* & *custodia* dicebatur, sicut peculiari capite 23. docet *Villalpandus* Apparatu Urbis ac Templi parte I. de Urbe l. 3. fol. 206. 207. 208. quoniam verò vir eruditus *Jacobus Gussenius* *Blæsensis* Professor in Academia Provinciali *Groningæ* & *Ommelandiæ* SS. Theologiam, Philosophiam & *Hellenismum* docens, in commentariis Linguæ Ebraicæ *Amstælod.* & *Ultraj.* hoc anno publicatis fol. 625. commodè observavit: *Adrichomium* & *Amstælodamenses* Bibliorum Magnorum Gallicorum Editores, quos jam imitantur quidam Pontificij Galli, in horum locorum tabulis valde discrepare, circa accuratiorem situs *Ophel* descriptionem nihil temeritatis admittemus. Si veræ, ut titulus habet, *Hierosolymæ* veteris imagini à *Joh. Baptista Villalpando* collato studio cum *Hieronimo Prado* delineatæ, & de Amplificatione atque urbis ruina primæ partis apparatus Libri secundi. Capiti I. de civitate *David* p. 73. præfixæ fides haberi meretur; *Nethinæorum* sedes *Ophel* dicta non procul fuit à Templo. quod ex officij consideratione facilius conceditur quàm autoritate *Versionis Vulgatæ*, quæ *Nehem. III. 27.* loco *חַי מִתּוֹךְ הַמּוֹר* posuit usq; ad murum templi, *Villalpandi* licet clypeo non destituatur parte I. de Urbe libr. II. cap. 7. fol. 84. b. Qui vero sive pro pago obscuro humilique, sive pro ergastulo, sive castello præsidario, aliisque dimicant, de sententiæ Patronis sibi prospicere poterunt.

COROLLARIA.

Rectissime Cl. Vorstius Ph. p. 11. Præf. dixit: Ebraismos quos sacri libri N. T. habent, non esse pro barbarismis & solœcismis habendos, sed pro flosculis potius, quos per scripturas N. T. spargi, indeq; ipsas nobis gratiores fieri Spiritus s. voluerit.

Vox *בָּרַךְ* in verbis uxoris Jobi κατ' ἀντιφρασιν exponenda videtur.

Vox *משפט* 1. Sam. 8. 11. non morem de facto sumtum, sed jus Regi à Deo concessum, quo salva conscientia uti potest, indigitat.

Aves neque sunt ex nihilo, neque ex impuro aere productæ, neque ex aquis cum piscibus prodierunt, sed die quinto ex terra sunt factæ.

Quando 1. Reg. 4. 26. quadraginta millia equilium Salomonis & 2. Par. 9. 25. tantum quatuor millia recensentur, probabili ratione asseri posse putamus, in lib. Regum describi numerum equorum Salomonis sub initium Regiminis 2. Paral. 9. 25. sub finem.

Quæ *Nethinæorum* modo derivatio nobis

Falsa fuit, tandem vera sit opto Tibi.
Scilicet ut studiis porro *dare* tempora sacris
Æquali semper sedulitate velis,
Et Tibi cœlestis largè Benedictio *detur*!
Juxta Fœrsterum sic *Nethinæus* eris.

Votum Præsidis.

F

David

David Balthafarus Langius, Heilbronnensis, Philo-
logiæ Cultor præstrenuus, atque ab ea polite &
elegantè cultus.

ἀναγρ.

Ad Chlorida! bible, Porriget huc gurges silvas aquas, Vtpote Pallas
net in ea Nethinea, ne tinea ullo lustro subrue telas,

sive

Anagramma Metrico-Chronologicum.

Exacte.

TeLas LVstro VLLo fVbrVe ne tinea.

* Innet eâ PaLLas Nethineâ: aD ChLorIDa! bibLe.
Porriget hVC sILVas Vtpote gVrges aqVas.

* intexit

Evolutio Emblematica.

- P**allas, ut has cernit chartas, Emblemata textit:
Floribus in primo sparsa papyrus erat.
- Embl. I. Huic superinscribens: AD CHLORIDA. *Florida ceu flos
Floræ florescat gloria, BIBLE, tua.*
- Embl. II. Inde coralliferos protrudunt æquora ramos
Hanc supra chartam, quam tenet alma manus.
PORRIGET HUC GURGES: rutilans inscriptio præfert.
Huc sua dona Thetys perpretiosa dabit.
- Embl. III. Hinc homo *larvatus situlam* gerit atque *securim*:
Ad SILVAS & AQUAS: UTPOTE lemma sonat.
*Nempe sophistarum fraudes damnentur ad istas,
Qui simul hydrophori xylo tomique forent.*
- Embl. IV. Machina præsentat tandem Textoria scriptum,
Quo *Nethinea cohors* cernitur, hisce notis:
Textit NETque IN EA NETHINEA PALLAS, Arachnes
Ultrix, texturâ, stamina rara manu.
- Embl. V. Tum *tineam* scripto demptam superinjicit igni
Pallas, at *id* sera posteritate sacrat,
Lemmate præfulgens: ULLO NE SUBRUE LUSTRO
Livoris TINEA hoc Palladis Artis-opus.
- Embl. VI. Pingens invifam, NE (a) TELAS, (b) scripsit, Arachnen.
(a) à neo) *Ne telas ultra ne crepidasque sape.*
(b) aranea-
rum, Zoilus ô mordens, exclamat, *aranea fiat!*
Fiat! reclamans angulus omnis ait.

Lusus Versuum Quadratorum

decussatim scansibulum

Dni Respondentis Nomen 25. vicibus exhibens.

L ignorum	Dehortatio ab Illusionibus & Imposturis Nethin.	Lucos,	Lympharum	Livida (a)	Linque.	(a) Lutea,
Lucos	Lufores	Lustrent	Ludendo	Libenter:		
Lympharum	Lustrent	Latices	Leve	Ludificantes.		
Livida (b)	Ludendo	Leve	Ludificabere	Longè.	(b) Livorem f.	
Linque	Libenter	Ludificantes.	LONGE!	Lubebit.	invidiam exci-	tantia.

A rtibus	Aoniis	Aspirans	Annuat	Altus!
Aoniis	Adytis	Acclamans	Auctor	Adaugens:
Aspirans,	Acclamans	Actor,	Amabilis	Altor:
Annuat	Auctor	Amabilis	Astripotenter	Adimplens,
Altus	Adaugens,	Altor	Adimplens,	Altitonansq;

Nemo prohibuit sylvas & aquas Nethinæis, quippe ad easdem tanquam in servitutem perpetuam vindicatis.

N aiadum	Nemo,	Nympharum	Numina	Nemo,	
Nemo	Nutantes*	Nidos,	Nudando	Natantes	* sylvas
Nympharum	Nidos	Nemo,	Natitantia	Nemo	
Numina,	Nudando	Natitantia	Nuda	Negavit	
Nemo,	Natantes	Nemo	Negavit;	Nec Nethinæis.	

G loria	Gratificans.	Gestabit	Gaudia	Grata,
Gratificans	Gnavis	Gazis	Gaudendo,	Gregatim
Gestabit	Gazis	Gemmas-	Genuinaque	Glessa,
Gaudia	Gaudendo,	Genuinaque	Grata	Gerendo,
Grata	Gregatim	Glessa	Gerendo,	Glorificando.

I njustos (1)	Iurans	Iurantum (2)	Iussio	Iurgat, (3)	Evolutio
Iurans	Intrarent (4)	Iussit	Iejunii (5)	Iniquos*	De Nethinæo-
Iurantum	Iussit	Iugerum (6)	Iactarier (7)	Ignè (8)	rum subdola
Iussio	Iejunii, (9)	Iactarier	Imbre (10)	Iubebat,	calliditate.
Iurgat	Iniquos,	Ignè (11)	Iubebat	Iustificari. (12)	(1) Nethinæos

(2) Primatum Israëliticorum sub Iosua. (3) ob dolum. (4) intra Israëliticas habitationes. (5) quod simulabant quasi è lonlinquo profecti omnia consumsissent. (6) sylvarum. (7) hinc inde in sylvis. (8) Meton. pro lignis, unde ignis pascitur. (9) modici victus posthac ipsis concedendi. (10) aqua hinc inde è fluminibus & fontibus bajulanda. (11) f. ad ignes excitandos. (12) damnari.

V stor, (1)	Venatrix (2)	Vigentur	Volvere (3)	Vela:	Evolutio
Venatrix	Vallem (4)	Versus	Vertendo	Vacabat: (5)	De Luminari-
Vigentur	Versus	Villam (6)	Vigilareq;	Vota	um stationali-
Volvere,	Vertendo (7)	Vigilareq; (8)	Verfa (9)	Vovebat (10)	tate.
Vela,	Vacabat, (11)	Vota	Vovebat,	Victor (12)	(1) Sol (2) Luna.

S ustine	Sudores,	Substernent	Sidera	Summa!	
Sudores	Studii,	Sacris	Sacrando*	Sorum,	* Musarum
Substernent	Sacris	Studiis	Solamina.	Scande	
Sidera	Sacrando:	Solamina	Sume:	Sacrarum	
Summa †	Sorum	Scande:	Sacratum	Suscipe Sertum. †	culmina Pandi.

